

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens Epistolas, ad T. Pomponium Atticum, M. Iunium Brutum,
Quinctum fratrem

Cicero, Marcus Tullius

Venetiiis, 1583

In Epistolarvm M Tullii Ciceronis Ad Qvinctvm Fratrem. Librvm II. Pavlli
Manvtii Commentarivs

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770415](#)



IN EPISTOLARVM
TULLII. CICERONIS
VINCTVM. FRATREM
LIBRVM. II.
PAVLII. MANVTII
COMMENTARIUS



Marcus S. D. Quincto fratri.

i.

PISTOLAM, quam legisti, mane dederam. sed fecit bumaniter Licinius, quod ad me, misso senatu, uesperi uenit, ut si quid esset actum, ad te, si mihi uideretur, prescribe rem. Senatus fuit frequenter, quam putabamus esse posse mense Decembri, sub dies festos, consulares nos fuimus, & duo consules designati, P. Seruilius, M. Lullius, Lepidus, Volcatius, Glabrio, praetores, sane frequentes fuimus, omnino ad ducentos. commorat expe-
tationem Lupus, egit caussam agri Campani sane accurate: auditus est magna silentio, materiam rei non ignoras. nihil ex nostris actionibus praetermisit. fuerunt non nulli aculci in C. Caesarem, contumeliae in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio, causa sero perorata, sententias se rogaturum negauit, ne quod onus simultatis nobis imponeret: ex superiorum temporum conuicijs, & ex praesenti silentio, quid sensus sentiret, se intellere dixit. Milo coepit dimittere. tu Marcellinus, Noli, inquit, ex taciturnitate nostra Lupe, quid aut probemus hoc tempore, aut improbemus, iudicare. ego, quod ad me attinet, itemq. arbitror ceteros, siccirco taceo, quod non existimo, cum Pompeius absit, caussam agri Campani agi conuenire. tum ille se sentum negauit tenere. Racilius surrexit, & de iudicis referre coepit: Marcellinum quidem primum rogauit. is cum grauiter de Clodianis incendijs, trucidationibus, lapidationibus questus esset, sententi: m dixit, ut ipse indices per praetorem urbanum sortiretur: iudicium sortitione facta, comitia haberentur: qui iudicia impediuerit, eum contra remp. esse facturum. approbata ualde sententia, C. Cato contradixit, & Cassius, maxima acclamatione senatus, cum comitia iudicij anteficeret. Philippus absens Lentulo. postea Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit. multa feci uerba de toto furore, latrocinoq. P. Clodij. cum tamquam reum aecusau, multis, & secundis admurmurationibus cuncti senatus, orationem meam collaudauit satis multis uerbis, non mehercule indiserte, Seuerus Antilius; isq. iudicioru[m] caussam suscepit, antiq[ue] iissimamq. se habiturum dixit. ibatur in eam sententiam. tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere coepit. surebat, a Racilio se contumaciter, urbaneq. uexarum. deinde eius operae repente a Graec. Slasi, & Cradibus clamorem satis magnum suslulerunt, opinor in Q. sex tilium, & amicos Milonis incitatae. eo metu inchoato, repente, magna querimonia omnium, discessimus. Habes acta unius diei. reliqua, ut arbitror, in mensem Ianuarii reuidentur. De tribunis pl. longe optimum Raciliu[m] habemus. uidetur etiam Antilius amicus nobis fore. nam Plancius noster totus est. Fac, si me amas, ut considerate, diligenterq. nauigies de mense Decembri. Vale.

EXPLA-

EXPLANATIO

CRIPSIT hanc P. Cornelio Lentulo Spinthere, Q. Caecilio Metello Nepote cos. mense Decembri, id est in extremo anno; cum mense Sextili, ijsdem consulibus restitutus esset. Q. fr. erat in Sardinia legatus, ut opinor, a Pompeio missus, rei frumentariae causa. nam quindecim sibi eius munera gratia Pompeius legauit, ep. 1. l. 4. ad Atticum, & apud historicos. **S**VB dies festos. 3 a xvii. Kal. Ianuarii ad usque sere extremum mensem dies erant festi, Saturnalia, Opalia, Angeronalia, Larentinalia, Iuuenalia. Dvo consules designati, 3 Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, L. Martius Philippus: quos immiscer consularibus. **P. SERVILIVS**, 3 Isauricus, pater eius, qui consul nouem post annis fuit cum C. Caesare. M. **LVCULLVS**, 3 frater, non germanus, sed consobrinus, ut ait Eutropius, L. Licinii Luculli, qui Mithridatē Tigranemq. deuicit. Periit autem paullo ante, quam haec epistola scripta est, certe his consulibus: quod uidemur satis probasse in commentario nostro epistolatum familiarium. & quamquam Liciniae gentis cognomen sit Lucullus, hic tamen non Licinius, sed Terentius est, cur ita censem, argumentis, ut opinor, facile probabo. Primum actione tercia in Verrem consules simul M. Terentium & C. Cassium video nominari. collegam autem C. Cassij fuisse in consularu M. Lucullū, plane constat ex oratione pro Clentio. Neque uero quisquam illud obijciat, alterutrum esse necesse, ut uel ex Licinia gente sit, cum Lucullus, quod eius gentis cognomen fuit, dicatur; uel, si ex Terentia est, Varro potius uocetur ut Terentiae gentis cognomine utatur. haeredit omniō, hac dubitatione impeditus, qui morem antiquum ignorat, mihi quidem facile uiam aperit antiquitatis obseruatio. legi enim saepe, ac notaui, eos, qui iure adoptionis in aliam familiam transiſſent, duobus cognominibus, uno prioris familie, altero posterioris usus esſe, ita, ut nouum cognomen ueteri anteponeatur. hoc ita esse, cum alia exempla, quae breuitatis cauſa omitto, tum illud satis indicat in eo senatus consulto, quod insertum epistole M. Coelius ad Ciceronē misit, sic enim est in eo. **Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio**, cognomine Scipionis post Metelli ac Pij cognomine collocato: quia Scipionem Q. Metellus Pius, Numidici filius, adoptauerat. itidē hic noster & Varro, & Lucullus dicebatur, sed frequentius tamen Lucullus ob eam cauſam, quia ueteri, quam nouo, cognomine notior erat. adducor autem in hanc opinionem eo libentius, quod lapides illi capitoli in proximis annis Romae reperti, Lucullum hunc consulem, dictiōnibus uetusitate consumptis, ita ponunt: **M. — VS. M. F. — R. LVCULLVS**. neque enim dubito, quin littera illa, R, quae ab illis duab. M. & longissime distat, alterum cognomen sit, quod a Terentio, patre adoptiō, Lucullus accepit, hoc inquam, **VARR.** quod Varro, significat, sicuti **LVCULL.** pro Lucullus, ibi scriptum uideamus, & in ijsdem lapidibus **MARCELL. MESSALL. DOLABELL. NASICA.** pro Marcellus, Messalla, Dolabella, Nasica, ita diuisa syllaba postrema, ut interdum duae litterae, interdum una tantum omittatur: ut, cum scriberent, **M A I.** pro **MAI.** Quod autem, ubi nomen esse oportuit, lapis habet **VS:** supplementum esse uerū dico, **TERENTI.** ut, quod imperfectum nunc est, integrum hoc sit, **M. TERENTIUS M.F. VARR. LVCULL.** nisi si quis praenomen etiam aui putet adiungendum: quod sane desiderari suspicor in lapide. video enim inter F. & R. spatiū esse paullo latius, quam ut tribus tantum illis litteris, **VAR.** quas ego addo, totum implatur. præterea, ubi lapis corruptus non est, auorum praenomina consulibus adiuncta licet animaduertere. praenomen autem illud, quod esſet addendum, allequi diuinatione non possumus: cum is Varro, cuius filius Lucullum adoptauit, consulatum non gesserit, ac non modo in lapidibus illis, sed nec in historiarum monumentis, quod sciam, usquam nominetur. Est igitur hic, M. Terentius M.F. Licinianus, Varro, Lucullus; a quo, & ab eius collega C. Cassio, lex illa Cassia frumentaria lata est, de qua Cicero bis me minit in Verrem. **LEPIDVS**, 3 non M. Lepidus, qui postea triuiri perdendae rei publicae fuit, qui nominari non potuit inter consulares; cum non nisi multis post annis consul fuerit; sed, **Man. Lepidus**, qui consulatum gesserat cum L. Volatio Tullo. itaque eos Cicero deinceps memorat. **GLABRIOS** **Man. Acilius Glabrio**; qui anno ante Lepidum & Volcatium consul cum fuisset, post eos tamen hic nominatur, quod mirari, puerile est. praetor fuit in causa Verris. **PRÆTORES** 3 cum ex praetoriis neminem nominet, appetat omnes affuisse. omnes autem hoc tempore octo omnino fuerunt. argumenta, quibus adducor, ut ita esse credam, hac sunt. Praetores, gesto magistratu, exhibant in prouincias. hoc in dubium uocari non potest. plena exemplorum omnia. uidetur igitur esse rationi consentaneum, ut earum prouinciarum numerus cum praetorum numero congruerit. has porro in senatusconsulto, quod M. Coelius ad Ciceronē misit, octo video nominari. Itemq., inquit, senatui placebat in Ciliciam prouinciam, inq. octo reliquas prouincias, quas praetorij pro praetore obtinerent: & quae sequuntur. Et in oratione pro Milone, Erat, inquit, id temporis consul P. Lentulus, septem praetores, octo tribuni plebis, defensores mei. Septem nominat, uno Appio de omnibus excepto: quod aper te indicat in oratione in Pisone, his uerbis: De me cum omnes magistratus promulgassent, praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterq. diuos de lapide empos tribunos pl. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegae Q. Metelli sententia. Et pro Sextio sic: Collegas Milo adiutores habebat. consulis alterius summum studium, alterius animus pacis placatus. de praetoriis unus alienus. Quod si quis putet, unum quidem Appium ex uniuerso praetorum collegio a collegis in Cicerone renocando diffensisse, collegas tamen ipsos non plane sepe suis locumq., iam a nobis ex oratione pro Milone recitatum, sortitasse mendio non uacare; quod in notis

numerorum facile solet euenire: huic, opinor, hanc suspicionem eripiam, ipsius Ciceronis testimonio, nam in oratione post redditum in senatu, ubi commemorat eos magistratus, quorum ope redierat ab ex-filio, nomina ponit octo tribunorum pl. & septem praetorum, eorum scilicet omnium, quos in ea pro Milone significauerat. Scriptum est etiam apud Dionem lib. xiiii, de praetoribus a C. Caesare, post Cn. Pompeium in Pharsalia denuntiatur, decem creatis; ut gratiam bene de se meritis referret. Ira γραφή, inquit, πλεῖον ὀττανέας ἀπό της φύσεως στρατηγούς τε δέκας τε ἐπιστολῶν ἔτος ἀπό της οἰκείας, ηγέρεας ὑπὲπο τοῦ νομοθετοῦ, quod si, plures ut remunerari posset, decem praetores, & plures, quam antea fuerant, sacerdotes creavit: nimis constat, praetores non antea decem fuisse. Nam quod in Pomponio de origine iuris legitur; Cornelius Sulla quaestiones publicas constituit, ueluti de falso, de paricidio, de sicarijs, de iniurijs; & praetores quattuor adiecit: deinde C. Iulius Caesar duos praetores, & duos aediles, qui frumento praecepsent, a Cerere Cereales constituit: id me minime conturbat, non enim dixit, adiecit quattuor praetores ad numerum veterum praetorum, sed adiecit quattuor de ijs, qui praetores erant, ad publicas quaestiones; ut quatuor ab ipso quaestionibus institutis, quattuor item praetores praecepsent: quos autem duos ait praetores a C. Caesare adiungitos, eos, opinor, intelligit, de quibus meminit Dio, qui denarium numerum absolvunt. Patet igitur de praetoribus octo usque ad tertium C. Caesaris consulatum, quid enim dubias conjecturas colligere opus est, in ea re, quae satis manifeste probatur & ex eo senatus consulto, cuius uerba recitauimus, & ex quatuor Ciceronis orationibus, & ex Dionis historia? Sed arguit nescio quis, ut decem praetores ostendat, hoc modo. Praetores publicis quaestionibus praecepsent: publicae quaestiones erant septem, inter sicarios, de repetundis, peculatus, de ambitu, de maiestate, de ui, de falso; quae criminis beneficii, & alia quaedam complectebatur. ergo, cum septem essent quaestiones, quod patet ex oratione pro Cluentio, & quaestioni inter sicarios duo praetores praecepsent, reliquis autē singuli praetores: fuisse praetores octo, qui quaestionibus praecepsent, & duos praeterea, quorum alter inter ciues, alter inter peregrinos ius diceret, necessarium uidetur. Dixi iam, non esse agendum coniecturis, aut argumentis, ubi veterum testimonia perspicua sunt, nec uero illa, quae iam attuli, obscura uideri posunt. Quod uero ad numerum quaestionum attinet, diuersa ratio est, nam si numerum praetorum ad numerum quaestionum accommodabimus, non modo plures quam octo, sed plures etiam quam decem creari praetores necesse erit, est enim quaestio de falso, est de paricidio, inter sicarios, de iniuriis, de beneficio, de ui, de ambitu, de maiestate, de repetundis, de peculatu, de incertu, aliae. Ego autem ad argumentum illud, ne quis eo in aliquam dubitationem uocetur, ita respondeo: primum, praecepsse potuisse unum praetorem quaestionibus pluribus, sicuti non unus praetor, sed duo quaestioni inter sicarios interdum praecepsent, possunt, exempli gratia, sex praetores ita distineri crebritate iudiciorū, ut nouis ex orientibus quaestioniibus uacare non liceat, potest eo tempore septimus praetor (reliquis erat unus urbanus, qui non quaerebat, sed ius dicebat) in ea quaestione minime occupatus esse, quae forte illi contigerat. hic, non dubito, quin ad eas quaestiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus uacare sex reliquos praetores non potuisse iam dixi, non enim committendum, ut impunita crimina differantur, nec sit locus, quo nocentes rei adducantur. Age utero, concedatur, quaestiones ab uno praetore plures exerceri non licuisse: sequitur ne necessario, ut ideo plures, quam octo, praetores, quia quaestiones plures quam octo, fuerint? non sane, mihi quidem ut uidetur: nil si mihi illud ante rationib[us] proberet, quaestiones non potuisse ab aliis, quam a praetoribus, exerceri, quod si quis aggreditur probare, fortasse haec erit. At nostra ratio quo modo procedit? optime uidelicet: nictitur enim testimonio veterum: a quo ego, quantum in me est, do operam ne disceda, quid igitur ueteres testantur? praecepsse & publicis quaestionibus, & capitalibus qui praetores non essent: qui iudices quaestioniis dicebantur, nam quaestione de beneficio, quam exercuit praetor Q. Voconius Naso, apud quem Cicero Cluentij causam egit, exercuerat ante C. Iunius, non ut praetor, sed ut iudex quaestioniis, qui & quaesitor uocabatur. pater ex oratione pro Cluentio: pater etiam ex Asconij commentariis, iudicium autem quaestioniis duo fuisse genera, alios praetores, ut Q. Voconium Nasonem in causa Cluentii, alios non praetores, ut C. Iunium in causa Oppiani, multis uerbis demonstratum est in libro de legibus. Atque hac ratione tunc locum illum in oratione pro Cluentio, in quo sex praetores cum nominasset Cicero, Q. Voconium Nasonem, M. Plaetorium, C. Flaminium, C. Orchiniuum, se ipsum, C. Aquilium, subiunxit, Quid reliquae quaestiones? quibus ex uerbis reliquos praetores intelligi, falso coniecit is, quem supra significatione tam, ne cui uideamus ut reliquie detrahere, appellauimus, uel enim, ut dixi, de iisdem praetoribus ibi nominatis, qui reliquias illas quaestiones exercere possent, licet intelligere, uel, quod iam probauit, de illis quaestioniū uidelicibus, quicum praetores non essent, quaestioniibus tamen non modo publicis, uerum etiam capitalibus (nec enim publicae capitales omnes erant) interdum praecepsent. Reliqui duo praetores, Ciceronis collegae, P. Caius, & C. Antonius fuere. Cassius de maiestate quaesivit: Antonium, cum reliqui septem, quos nominauimus, omnes quaesierint, praetorem urbanum fuisse, iusq. dixisse, necesse prorsus est. Hic teneris, inquit, octo praetores nominasti, & peregrinum omisisti; quem adiungi necesse est: & si adiungiatur, plures erunt, quam octo. Explico me Pedianij ope: cuius elegantem, plenumq. antiquitatis, ac uere atque libellum non paenitebit umquam legendō contruiuisse, is igitur in commentario orationis aduersus Antonium, & Catilinam, praetorem eum, qui de repetundis quaereret, cuncte ius inter peregrinos dixisse demonstrat, quod nec a ratione uidetur discrepare, non enim ciuitū, sed sociorū, hoc est peregrinorū, causa iudicia repetundarum sunt instituta, iure igitur idem praetor & ius dicebat inter peregrinos, & ijs potentibus, de repetundis quaerebat. quod cum ita sit: ius inter peregrinos praetorem Ciceronem dixisse,

dixisse, qui de repetundis quaesuit, pro certo putandum est. uerum Pediani uerba, ut eius testimonio res pateat, subscribamus. Antonius, inquit, multos in Achaia spoliauerat, nactus de exercitu Sullano equitum urmas, deinde Graeci, quos spoliauerat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem, qui ius inter peregrinos dicebat. egit pro Graecis etiam tum adolescentulus C. Caesar, de quo paulo ante mentionem fecimus. & cum Lucullus id, quod Graeci postulabant, decreuisset; appellauit tribunos Antonius, iurauitq. te ideo appellare, quod aequo iure uti non posset. quem locum & Plutarchus attingit in uita Caesari, sed ita mendose, ut miret eum in rebus Romanis tam turpiter esse lapsum. primū P. Antonium nominat, qui C. fuit: deinde Macedoniae praetorem appellat M. Lucullum, qui praetor Romae fuit: tertio, de corruptis iudiciis accusatum ait Antonium, qui accusatus est de repetundis: postremo, tradit cum ideo tribunos pl. appellasse, quod sibi non licere cum Graecis diceret aequo iure in Graecia contendere: cum appellare in prouincia ad tribunos pl. qui Romae erant, nemo soleret. questū porius ad senatum socii ueniebant, nec de corruptis iudiciis, sed de pecuniis eruptis, aut de nece iniusta, aut huiusmodi flagitiis: de quibus aut ad praetorem, aut etiam ad populum quandoque agebat accusator, quare Plutarchum hoc in loco non puto posse ab inscientiae culpa vindicari. Haec praeter consuetudinem meam, hoc est eam, quam puto esse tenendam in conficiendis commentariis, paullo fusius tractavi, non ambitione adductus, sed studio ueritatis; ne confirmaretur opinio illa de decem praetoribus ante bellum ciuile Caesaris & Pompeii. Ad ducentos 3 hic tamen frequens senatus dici uere non potest, nam in epistola quadam ad Atticum eccc xv, & in oratione post reditum in senatu cccx senatores nominantur, non igitur, frequentes, ex uniuersi senatus numero, sed, frequentes, ut mense Decembri. COMMORAT exspectationem 3 quia senatum coegerat, ut ageret cauillam agri Campani. licebat enim senatum habere etiam tribunis pl. ut Gellius docet. hic autem senatum a Lupo esse habitum, non modo ex duabus illis dictationibus, Commorat exspectationem, coniicio. Lupus 3 P. Rutilius Lupus. hic sine dubio tribunus pl. erat; cum rogandi sententias potestate haberet, ut paullo post liquet, sententiae porro non nisi a magistratu rogabantur, sed quid opus est argumentari? in epistola ad Lentulum, quae scripta est Marcellino & Philippo cos. ep. fam. l. 1. ep. 2. Lupus, inquit, tribunus pl. quod ipse de Po peio retulisset. Quid autem, si quis ita obiciat? fuisse Lupum tribunum pl. Marcellino & Philippo cos. quo in Ciliciam anno Lentulus Spinther profectus est: quod utrumque cognoscitur ex fam. lib. i. non posse igitur, quo anno scripta est haec epistola, hoc est, Lentulo Spinther, & Metello Nepote cos. tribunum pl. esse. Inepta dubitatio non est, quaeque rerum Romanarum imperitos facile perturbet. ea tamen diluitur, si sic obiciunt respondeas. Tribunus pl. sane fuit Lupus Marcellino & Philippo cos. idem tamen Lentulo quoque & Metello cos. utrumque enim licuit, nam, cum consules per torum Decembrem mensem magistratum gererent; tribuni autem plebis ad usque tam id. Dec. sequebatur, ut per eius mensis dies reliquos consulibus ijs, qui ab exitu magistratus minimum aberant, noui tribuni pl. essent, ijsdem q. , cum primo Ianuarij die noui consules magistratum inissent, per totum insequentem annum, ad iv. id. Dec. qd a Dionysio Liuioq. didicimus. erat igitur tribunus pl. Lupus Lentulo & Nepote cos. in extremo anno, hoc est, post iv. id. Decemb. annoq. in sequenti, Marcellino & Philippo cos. ad eandem usque diem magistratum peregit. Collegas eius inuenio septem, L. Porcius Catnem, C. Caninium, L. Radilium, Cn. Plancium, A. Plautium, Sex. Antistium Veterem, * Cassium, ipsi praenomen fuit Publio, nomen Rutilio. fam. lib. i. pro Plancio, ad fratrem, Dio. praeator fuit belli ciuilis anno 1. Lentulo & Marcellino cos. quod Caesar in comm. de bel. ci. lib. i. docet, & Cicero ipse lib. ix. & ix. ad Atticum. AGRI Campani, 3 C. Caesar in consulatu legem tulerat, ut ager Campanus, & qui publicus erat, & qui possidebatur a priuatis, plebi diuideretur, diuisitq. consul ipse partem eius agri publicam. reliquum a priuatis emi pecunia publica oportebat. a quo Lupi trib. pl. uoluntas cum abhorret, disputauit in senatu contra legem Caesaris accurate. uide hic ep. 5. & ep. 9. l. 1. fam. ad Lentulum. MATERIA REI 3 quae ipsa sibi audiens facit. NOSTRIS actionibus 3 laudauit omnia, quae acta sunt a me in consulatu, ne ager Campanus P. Seruili Rulli tribuni pl. lege ueniret. IN C. Caesarem 3 qui consul de agro Campano plebi diuindo legem tulerat. Suetōnius, Appianus, Dio, Plutarchus, ad Atticum non semel lib. ii. GELLIVM 3 L. Gellium crederem, qui cum Cn. Cornelio Lentulo consul fuit: sed eum inter consulares nominasset. aut igitur alius Gellius est: at, si consularis est, non affuit in senatu, sicut nec Caesar aderat, nec Pompeius; quorum in alterum aculei, cum altero expostulationes fuerunt. EXPOSTULATIONES 3 cum queretur, agrum Campanum a Caesare diuisum esse, consentiente Pompeio. ad Atticum lib. ii. Plutarchus, alij. ABSENTE Pompeio 3 aberat rei frumentartae cauilla. ad Atticum, lib. iv. ad hunc, ep. 9. ABSENTE 3 non erat in senatu, quia, rei frumentartae praepositus, ad urbem cum imperio erat. imperium autem habentibus urbem ingredi non licebat. SENTENTIAS se rogaturum 3 & hic appetat, tribunum pl. fuisse Lupum. praeter enim magistratus, rogandi sententias potestatem, ut iam dixi, nemo habebat. Ne quod omnis noile se a senatoribus sententias dici; ne, cum aduersus uoluntatem alicuius loquerentur, in similitates, & iniurias incidenter. CONYCIOS 3 meminerat enim, quae in senatu superioribus temporibus, cum ageretur de agro Campano, altercationes, & conuicia sufficerent. inde, quid quisque sentiret, poterat intelligere. nam cum antea conuicia in eos, qui de agro Campano dividendo agebant, essent a senatoribus plerisque coniecta; tunc autem, ipso uentionem suadente, mirum silentium esset: ex eo silentio, probari, quod ipse nolle, ita cognoscet, ut antea, quod de agro Campano cerebatur, improbari, de conuiciis intellexerat. MILO coepit dimittere glenatum, sed in uoce, Milo, insignē esse mendā existimo, fuit omni no trib. pl. T. Annus Milo ijs consulibus, quibus haec epistola scripta est: sed exierat iam e magistratu;

QQQ 2 cuius,

cuius, ut diximus, extremus erat dies v. id. Dec. suumq. magistratum noui tribuni plebis, quorum unus erat Lopus, inierant. quare potestatem dimittendi senatus, cum tribunus pl. non esset, habere Milo non potuit. puto igitur, haec tria uerba de Lupo esse dicta; ut, qui senatum uocauerat, idem coepit dimittere. neque uero, quod ad correctionem attinet, quo me conjectura ducat, non habeo: sed ego non is sum, qui, cum aliquid sine antiquorum librorum ope, aut sine manifesto historiac consensu corrigo, ipse mihi magnopere placeam. dicam tamen, quod sentio. pro, Milo coepit dimittere, reponi posset, una tantu addita, littera In illo coepit dimittere: hoc est, in postremis illis uerbis, Se intelligere, quid senatus sentiret. MARCELLINVS 3 consul designatus; qui paucis post diebus, hoc est, Kal. Ianuarij, consulatum iniuit, properea primus a Racilio tribuno pl. sententiam rogatus est: quod proxime sequitur. sententiam enim primi rogabantur consules designati, qua de re plenius in libro de senatu. CVM Pompeius absit, 3 qui cum bello Mithridatico se diuisurum suis militibus agrum Campanum ostendisset; ipso absente, agri Campani caussam agi, non satis aequum uidebatur. Se senatum negavit tenere. 3 dixit, quod ad ipsum attineret, licere senatoribus abire; cum illis uerbis uteretur, quae magistratum erant peculia in dimittendo senatu: Patres conscripti, nemo nos tenet. Liuius. RACILIUS 3 L. Racilius, tribunus pl. de quo fam. lib. i. hic senatum, Lupo dimittente, retinuit, pro potestate tribunicia. SVRREXIT 3 ex hoc loco, stantes magistratus in senatu uerba fecisse, constat: quod de senatoribus tradit Padianus. & Surrexit, nimurum cum in senatu fuderet. quo foedior patefit error Dionis, ac Valerij Maximi, quorum uterque non licuisse tradit ingredi senatum tribunis pl. De iudicij 3 ut iudicia fierent in eos, quibus dicta dies erat. & unum maxime Clodium animo spectabat. Is cum grauiter de Clodianis iudicij 3 paucis ante diebus idem fenserat: quod ad Atticum Cicero scripsit his uerbis: Proposita Marcellini tentativa, quam ille de scripto ita dixerat, ut totam nostram caussam, arecae, incendiorum, periculi mei, iudicio complecteretur. eaq. omnia comitijs anteferret, proscriptis se per omnes dies comitiales de caelo seruatorum. Vt ipse indices praetorem urbanum sortiretur: 3 Clodius de ui, accusante Milone, reus erat; quod in ep. ad Lentulum, illa uerba significant: Impunitatem est eorum, tentijs asecutus, qui, cum tribunus pl. poenas a seditione ciue per bonos viros iudicio persequi uellet, exemplum praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de rep. sustulerunt. Et in oratione pro Sexto. In eum igitur Marcellinus ipse sortiti iudices, praetoris urbani opera, uolebat. quamquam rectius, meo quidem iudicio, legeretur: Vt ipse iudices praetor urbanus sortiretur. forte enim, cum in libro ueteri aliquo scriptum esset, Praet. urb. hoc est, praetor urbanus; addita ab imperito homine, mendosum locum suspicante, particula, per quod si legatur, ut dixi; intelligendum erit, hoc anno non urbanum praetorem, sed alium e collegio de ui quae suisse, iudicesq. sortium esse: porro Marcellinum munus illud sortitionis ad praetorem urbanum noluisse transferri; fortasse quod eius praetoris, qui de ui quaerere, diligentiae, aut fidei non ita considereret. atque haec, quae tantum a conjectura manant, nec ullius loci testimonio confirmantur, examinari paullo accuratius uolumus ab eruditis. SORTIRETUR: 3 ex universo numero; qui ex tribus ordinibus, senatorio, equestri, plebeio, constabat. quod multis docemur exemplis. COMITIA 3 aedilicia, quibus perebat Clodius; & ob eam caussam ante iudicia haberi comitia uolebat, ut, aedilis factus, Milonis accusationem facilius eluderet. quod ita contigit. hinc illud ad Atticum lib. i. v. Ille postea, si sua comitia non fierent, urbi minari. HABERENTUR: 3 paucis ante diebus fieri iudicia Marcellinus ante comitia uoluerat: itaque dixit Cicero, in ea, quam nominauit, ad Atticum epistola, Eq. omnia comitijs anteferret. nunc sententiam ex parte mutat, concedit enim, ut comitia habeantur ante iudicia, sed sortitione indicum prius facta cum eo, ut, habitis comitijs, iudicia statim fiant: qui iudicia impedierit, is contra remp. fecisse iudicetur. ita nec impedit comitia; & caussam iudiciorum eripi cupientibus bonis, non patitur. C. C A T O, 3 tribunus pl. epist. 3. & 4. & epist. fam. lib. i. CASSIUS 3 & hic tribunus pl. ACCLAMATIONE 3 aduersus Cassium; quia comitia fieri ante iudicia uellet. PHILIPPVS 3 L. Marcus Philippus, Octauij, cui Augusto postea cognomen fuit, uitricus. hic cum designatus consul esset cum Lentulo Marcellino, sententiam post cum proximus rogatus est. nam qui priore loco designatus consul erat, priore item loco sententiam rogabatur; ut in libro diximus de senatu. De priuatis 3 ergo post omnes magistratus. De toto furore 3 non de eo solum, quod expulisset fabros de area nostra; quod Catuli porticum, quae ex senatus consulto, consulum locatione, reficiebatur, disturbasset; quod Quinti fratri domum inflammasset; quod infecetus esset me lapidibus, fustibus, gladiis; quod Milonis domum, meamq. incendere conatus esset; quorum criminum nomine reus erat; sed plane de omnibus delictis, quae, immam quodam furore incitatus, aut in me, aut in alias, aut in ipsam remp. commiserat. SECUNDIS 3 affensem indicantibus, ductum a uentis: quibus cum utimur secundis, ferrur, quo uolumus, recto curfu nauis. SEVERVS Antistius 3 cu in ep. M. Bruti Veteri Antistium uocari uideam, suspicor hic de menda. & forte legendu sic: Sex. Vetus Antistius: aut, Vetus Antistius quod dictio, uetus, in uerus, duarū litterarum, t&c, si militidine, conuersa facile sit; & uerus, deinde abierit in seuerus: ut sunt homines ad ea mutanda proclives, quae statim ut intelligerent, uel rei difficultate, uel ingenij uitio non successit, nā quod, Vetus Antistius, si legatur, nomini cognome anteponet; eo minime perturbor, qui huius generis exempla saepe notauerim. dixit enim infra ep. 4. Macer Licinius: ad Atticum ep. 15. l. 8. Balbi Cornelij: & ep. 8. l. 2. fam. Gal Iulus Caninius. IUDICIORVM caussam suscepit, 3 cum haec uerba, ut Antistium tribunum pl. existimem usque, me adducunt; tum illa, quae sunt in clausula epistolae: De tribunis pl. longe optimum Racilius habemus, uidetur etiam Antistius amicus nobis fore. nam Plancius totus noster est. In eam sententiam}

tum & quam? an Antistij, qui se antiquissimam esse habiturum indiciorum causam, proxime dixerat? non puto. nam, cum tribunus pl. esset, certe ante Ciceronem, inter ceteros magistratus, rogatus erat sententiam, laudavit enim potius Ciceronem Antistitium, quod, ut optimatem decet, ita locutus erat, quam sententiam dixit. expono igitur, *Eam*, Marcellini, cui Philippus assenserat, & Cicero deinde multis verbis. Quod autem inquit, *I BAT VR*, non puro, pedibus, subaudiri. non dum enim sententiam rogati omnes erant: quod ubi factum non esset, eundi pedibus in sententiam initium non siebat. Ibatur, igitur, omnium paene consensu. *DICEM dicendo eximere* & licebat enim senatori, & qua de re uellet, & quam diu uellet, dicere. qua potestate abutebantur multi; cum oratione longa diem consumerent, ne quid in senatu contra uoluntatem eorum decerneretur. ep. 3. l. 4. ad Att. & l. 3. de leg. & Gellius l. 4. c. x. A RACI-
LIO & qui cum de iudicijs retulit, libera cum primis, ac minime uerecunda oratione, adsperso multarū faciarum sale, (id enim est Vrbane) Clodium uexauerat, liber Magnuli haberet, Inurbane: & puto sumptum a libro manuscripto: quia, Inurbane, rubris litteris factum est: qua ille, ut iam diximus, ueteris libri nota utebatur. nec male congruet, Inurbane, cum dictione, contumaciter: ut Clodius ideo fureret, quod esset contumaciter, & inurbane uexatus. A GRAECOSTASI & locus fuit ante curiam: de quo Varto. GRADIBVS & quibus ad curiam adscendebatur. OPINOR, in Q. Sextilium, & opinor, dicit, quia Clodii operae in eos, qui senatus ad fores adstabant, incitatae sunt: quos autem de ijs, plane scire non poterat, cum ipse esset in senatu. & Sextilium nominat; quod is eius multitudinis, quae Milonem extra senatum, mox exiuit, opperiebatur, quasi dux esse uideretur. habebat enim, ut Clodius, sic & Milo suā factionem. Ideo autem, In Sextilium & amicos Milonis incitatae, quia Clodium Milo de ui accusabat. Ut arbitror, in mensē Ianuariū & quia reliqui erant Decembribus mensis dies, quibus haberi senatum licet, paucissimi, nempe quattuor, ut opinio mea fert. nam, cum ab idibus Decembribus, quo die senatus a Lupo esse habitum existimamus, (cur ita existimemus, supra ostendimus) ad Kal. Ianuarii dies XVII. numerentur; ex ijs porro festi sint v. comitiales ix. fasti i v. sequitur, ut per quattuor tantum dies, hoc est fastos, haberi senatus posset: nam, festis diebus non potuisse, notius est, quam ut probari debeat: comitiales item, facile intelliger, qui senatus consultum, quod est in epistola Coelij ad Ciceronem, attente legerit. sic enim in eo scriptum est, D. E. R. I. C. uti C. Paullus, C. Marcellus cos. cum magistratum iniissent ad ex Kal. Mart. quae in suo magistratu futurae essent, de consularibus prouinciis ad senatum referrent, ne ue quid prius ex Kal. Mart. ad senatum referrent, ne ue quid coniunctim de ea re referretur a cos. utiq. eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S. Q. C. facerent. Nominatim de comitiales diebus non dixisset, ut per eos senatum haberent, si haberet alioqui licuisset. & ut ijs, qui acuti nimium uideri uolunt, dum ab aliis excogitata delicato quodam fastidio reiiciunt, omnis calumniandi praeculatur occasio; uerba Ciceronis, quae id, quod agimus, aperte probant, ex epistola sequenti recipimus. Consecuti sunt, inquit, dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. PLANCIVS & men dose (sic enim puto) legebatur in omnibus libris, Plautius nos, Plancius, reposuimus: primum, quod hunc esse Cn. Plancium credidimus, quem tribunum pl. eodem anno cum L. Racilio fuisse, oratio pro ipso, quae exstat, a Cicerone habita demonstrat: deinde, quod apud me ponderis est maximi, quia Bellarionis in libro, Plancius, non Plautius, plane uideo scriptum esse. placet tamen hoc anno & Plautium tribunum pl. fuisse: quod a Dione lib. xxx ix. traditum est, sed hic de Cn. Plancio malim, quam de A. Plautio, quem nominat Dio, intelligere. sequor enim antiquum librum: sequor historiam: sequor etiam illud, quod, cum dicat Cicero, Noster totus est, magis id conuenit in Plancium, Ciceronis amicissimum, quam in Plantium, cui nullam cum Cicerone intercessisse insignem necessitudinem legimus. & fortasse is est Plautius Hypsaeus, de quo in epistola 1. ad Lentulum his uerbis: Libonis, & Hypsaei non obscura concursatio, & contentio in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur. Hypsaeus enim Plautiae gentis cognomen. DE mense Decembri, & usitata ueteribus locutio, pro, mense, qualia sunt, de nocte, de die, & similia. Cicero pro Murena: Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondas. & in epistola ad Atticum, libro viii. Ob signata iam epistola, quam de nocte datus eram. Horatius:

Offensus damnis media de nocte caballum
Aripi. Catullus:

Vos conviuia sumptuosiora de die facitis,

Scripsérat Quintus, ut ex his Marci uerbis coniicio, sibi constitutum esse, Romam hoc mense transmiseret, quod tamen nec omnino quattuor post mensibus ab eo factum, sequentes epistole declarant.

Marcus S. D. Quinto fratri. 2.

NON occupatione, qua eram sane impeditus, sed paruula lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam, & non, ut soleo, ad te ipse scriberem. Et primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso, me enim adhuc nemo rogauit, num quid in Sardiniam uellem: te puto saepe habere, qui, num quid Romam uelis, quaerant. Quod ad me de Lentili, & Sexti nomine scri-

psisti; locutus sum cum Cincio, quo modo res se habet, non est facilissima sed habet profecto quiddam Sardinia appositum ad recordationem praeteritae memorie. nā, ut ille Gracchus augur, postea quam in istam prouinciam uenit, recordatus est, quid sibi in campo Mario, comitia consulum habenti, contra auxilia accidisset: sic tu mihi uideris in Sardinia de forma Minuciana, & de

de nominibus Pompeianis in otio recognitasse. sed ego, adhuc emi nihil. Culonis auctio sancta est. Tusculano emptor nemo fuit. si condicio ualde bona fuerit, fortasse non omittam. De aedificatione tua, Cyrum urgere non cesso; spero eum in officio fore: sed omnia sunt tardiora propter furiosae aedilitatis expectationem. nam comitia sine mora futura uidentur: edita sunt ad xii. Kal. Febr. te tamen sollicitum esse nolo. omne genus a nobis cautionis adhibebitur. De rege Alexandrino, factum est s. c. cum multitudine reduci, periculum reip. uideri. reliqua cum esset in senatu contentio, Lentulus ne, an Pompeius reduceret; obtinere caussam Lentulus uidebatur. in ea re nos & officio erga Lentulum mirifice, et uoluntati Pompeij praeclare satisfecimus. sed per obrecessores Lentali res calumnia extracta est. conse-

cuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. quid futurum sit latrociniu tribunorum, non diuino: sed tamen suspicor per vim rogationem & ninium perlaturum. in eare Pompeius quid uelit, non dispiro: familiares eius quid cupiant, omnes uidentur creditores uero regis aperte pecunias suppedant contra Lentulum. sine dubio res a Lentulo remota uideatur esse, cum magno meo dolore: quamquam multa fecit, quare, si fas esses, iure ei succensere possemus. Tu, si ita expedit, uelim, quamprimum bona, & certa tempestate confendas, ad meq. uenias. innumerabiles enim res sunt, in quibus te quotidie in omni genere desiderem. Tui, nostriq. ualent. Vale. xiv. kal. Febr.

EXPLANATIO

Cn. Lentulo Marcellino, COS.
L. Marcio Philippo,

EXCVSO 3 de litterarum infrequentia. Te puto saepe habere 3 posthaec uerba sequebatur, Est non semper. quod cum mihi numquam satis probatum fuisset, (absurdum enim, minimeq. necessarium uidebatur) tollere tamen, nisi meam opinionem scriptus liber confirmaret, numquam au-
sus sum. nunc in meo illo, mihi magnopere probato, Bessarionis antiquo exemplari uideo, quod con-
iecturae meae respondeat, scriptum esse, sic inquam: Te puto saepe habere, qui, num quid Romam uelis, quaerant. **LENTVL**, & **Sexti** 3 ut a Lentulo & Sexto debitam tibi pecuniam exigamus; exactam Pomponio Attico, cui debes, persoluamus. **CINCIO** 3 L. Cincio, qui Attici negotia Romae procura-
bat, ad Atticum libro 1. Ad recordationem praeteritae memoriae 3 ad excitandam eius rei recordatio-
nem, quam ex animo nostro deleuit obliuio. **GRACCHVS** 3 Ti. Sempronius, Tiberij, & Catij, clarissi-
morum oratorum, pater: qui cum recordatus esset, in designatione consulum non recte a se tabernac-
lum esse captum; deq. uitiosa designatione ad augurum collegium misisset; angues ad senatum retul-
runt; senatus, ut consules abdicarent, censuit: consules abdicarunt. Historia est libro 1. de natura deo-
rum, libro primo de diuinatione, apud Valerium Maximum libro primo. **VENIT** 3 proconsul, est
praetoria potius prouincia, quam consularis, erat Sardinia, sed interdum & a proconsulibus praetoriae
administrabantur. quod exemplo Macedoniae, in oratione in Pisone, demonstratur. In campo Mar-
tio 3 ubi magistratus omnes creabantur. **COMITIA** consulum habenti 3 cum esset iterum consul cum
M. Iuuentio Thalna. habuit autem ea comitia Gracchus potius, quam eius collega Iuuentius; quia qui
priore loco creatus erat consul, is comitia sequentis anni consulibus rogandis habebat. itaque & Cicero,
qui prior consul erat, consulem a se esse Murenam renunciatum, in oratione pro eo narrat. plura in
libro de comitijs. **CONTRA ANSPICIA** 3 Veteres nihil non auspicato gerebant. Gracchus autem, quia
tabernaculum uitio cepisset, contra auspicia consules creauerat. **De forma Minuciana**, 3 aedificium
forte Quintus ad eam formam, quam Minucius architectus fecerat, extrui uolebat. quia de re uide-
tur significari infra, epist. 5. **NOMINIBVS POMPONIANIS** 3 pecunia, quam debes Pomponio Attico,
& a Lentulo & Sexto solui uelles. **EMI NIBIL**: 3 ubi aedificetur ad formam Minucianam. **AVENTIO**
de bonis Culonis mortui; quae fiebat inter coheredes; quo facilius ad suum quisque perueniret.
CONDICIO 3 emendi Tusculani. **CYRVM** 3 architectum, ad Atticum epist. 3. lib. 2. & fam. epist.
14. lib. 7. & pro Milone. **AEDILITATIS** 3 quarti Clodius petebat. **COMITIA** 3 aedilicia. nam com-
fularia iam fuerant; cum de consulibus designatis mentio fiat in epistola proxima superiore. Edicta
sunt 3 edicto consulum Marcellini & Philippi. cur autem eo usque tracta erant comitia aedilicia;
quae, si mos seruaretur, anno superiore fieri debuissent? quia, cum iudicium, quo Clodius de uel
caussam dicturus erat, ante comitia fieri, & Marcellinus, & alij voluerint; contra Clodius intelligi-
ret, se iudicium effugere, nisi aedilis designaretur, non facile posse; ideoq. contendetur, ut comitia iudiciis anteficerentur: utriusque partis contentione factum est, ut iudicia simul, & comitia ultra *Opusculum*
legitimi temporis producerentur. **CAUTIONES** 3 ne quid Clodius, si euenerit ut aedilis creetur, no-
cere nobis possit. **REGEB** Alexandrino 3 Ptolemaeo Aulete: qui, a suis ciuibus pullus, ad senatum
confugerat, petebatque, ut restitueretur. fam. lib. 1. Dio, & alij. restitutus demum est ab A. Gabinio Sy-
riae proconsule; qui prouinciae suae terminis, pretio ductus, est egressus. quo nonire posita conde-
nnatum, in Dione legimus. **MULTITUDINE** 3 cum qua regem reduci, uerabant libri Sibylli.
hinc illa apud Lucahum carmina:

Haud

Haud equidem immerito Cumanae carmine uatis
Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles, ripasq. aestate tumentes.

Dio quoque Sibyllae uerba recitat lib. xxxix.

LENTULVS § P. Cornelius Lentulus Spinther, qui proximo anno consul fuerat, & in Ciliciam tunc pro consulib. **OFFICIO** § quia consul Lentulus ad senatum de Cicerone restituendo contra legem Clodianam retulerat; ut ei, cuius maxime beneficio restitutus esset, nihil Cicero non debere uideretur, **Voluntati Pompeij** § quia, et si pro Lentulo studiose, ita tamen egimus, ut animum Pompeij ne offendere mus. **OBRECTATORES Lentuli** § aduersarios in reductione regis duos in primis Lentulus habebar, Catonem, & Caninum, tribunos pl. Catonem quidem, totam reductionem regis oppugnantem, nec minus Pompeio, quam Lentulo, infensum: quod ostendit ep. 5. Caninium autem reduci regem, non a Lentulo, sed a Pompeio cupientem. & Cato eo processit iracundiae, ac malevolentiae, ut de abrogando Lentulo Ciliciae imperio legem promulgauerit. quod ex eadem epistola cognoscitur. Nonius etiam haec Fenestellae uerba ex annali xxii. recitat. Ut magistratum, inquit, inferunt tribuni, C. Cato, turbulenta adolescens, & audax, nec imparatus ad dicendum, cōcionibus assiduis inuidiam & Ptolemaeo simul, quae iam ex urbe profectus erat, & P. Lentulo consuli, paranti iam iter, concitare, secundo quidem populi rumore, coepit. Caninius autem usque eo Pompeij studiosus fuit, ut legem ferre conatus sit, qua Pompeius cum duobus lictoribus Ptolemaeum reduceret, quod apud Plutarctum in Pompeio scriptū est. idq. Cicero ipse in epistola septima significat in his uerbis: Mihi semper tuae laudi fauere uisus est, etiam ipso suspicioſiſſimo tempore Caniniano. **CALVMNIA** § fictis ad impediendum cauſis, dicit dem eadē de te in epistola ad Lentulum quartā. **DIES comitiales** § dixi iam de hoc genere dierum. **LATROCINIO tribunorum**, § Catonem in primis, & Caninum notat: quorum ad eripiendam Lentulu regis reductionem iniquissimos conatus latrocinium appellat: de quibus etiam epist. 4. ad Lentulum sic: Qui nunc populi R. nomine, re autem uera sceleratissimo latrocino, si qua conabuntur agere, satis prouisum est, ut ne quid saluis auspicijs, aut legibus, aut etiam sine ui possint. **PER uim** § satis enim prouisum erat, ne perferre eam sine ui posset. quod & proxime recitata uerba ex epistola ad Lentulum, & ea praeterea declarant in epist. 2. ad eundem: Quod ad popularē rationem attinet, hoc uidemur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo ac saluis legibus, aut denique sine ui possit. **ROGATIONEM** § de qua proxime dixi, ut Pompeius cum duobus lictoribus Ptolemaeum restitueret: aut enim eam ferre legem Caninius iam conatus erat, aut se laturum ostenderat. nam de nota rogatione loqui Cicero uideatur. **PER LATVRVM** § non pertulit, non enim Pompeius, sed Gabinius regem restituit: quod ex Appiano, Diono, Plutarcho, ipso etiam Cicerone constat. Non difficio § solebat enim Pompeius & silentio tegere uoluntatem, & aliud sentire, ac loqui, id ostendunt Ciceronis epistolae, lib. 1. ad Lentulum epist. 1. & libro ad Atticum 1 v. epist. 1 x. & x i v. Coelius etiam epist. 1. lib. 1 i x. Quam, inquit, Pompeius orationem habuerit, quamq. ostenderit uoluntatem, (solet enim aliud sentire, & loqui, neque tamen tam ualere ingenio, ut non appareat, quid sentiat) fac mihi perscrivas. **FAMILIARES eius** § Volcatius, Lupa, Afranius, Libo, Hypsaeus, Caninius. epist. 1. ad Lentulum. **CONTRA Lentulum**. § ut reductio regis ab Lentulo, cui iam S. C. commissa fuerat, ad Pompeium transferatur. hinc in epistola ad Lentulum: Res agitur per eodem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur. regis cauſa si qui sunt, qui uelint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri uolunt. Si fas esset § fas non est, quia summum ab eo beneficium, patriae restitutus, accepi. **SVCCE N SER E** § ob eam, credo, cauſam, quod superficiem aedium non pluris, quam HS uicies, aestimas. de quo queritur epist. 2. lib. 4. ad Atticum.

Marcus S. D. Quinto Fratri. 3.

SCRIPSI ad te antea superiora: nunc cognosce, posse quae sint acta. A Kal. Febr. legationes in idus reiecebantur. eo die res conselta non est. ad 1 v. non. Milo affuit. ei Pompeius aduocatus uenit. dixit Marcellus, a me rogatus, honeste discessimus producta dies est in 11x. id. Interim, reiectis legationibus in idus, reserebatur de prouincijs quaeflorū, & de ornandis praetoribus. sed res, multis querellis de rep. interponendis, nulla transacta est. Cato legem promulgauit de imperio Lentulo abrogando. uestitum filius mutauit. Ad 11x. id. Milo affuit: dixit Pompeius, sine uoluit. nam, ut surrexit, operae Clodianae clamorem sustulerunt: idq. ei perpetua oratione contigit, non modo ut acclamatio, sed ut conuicio, & maledictis impediretur. qui ut perorauit, (nam in eo sane fortis fuit; non est de- territus; dixit omnia, atque interdum etiam silentio, cum aueritate peregerat) sed ut perorauit, surrexit Clodius. ei tantus clamor a nostris, (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque ore resisteret. eares acta est, cum hora sexta uix Pompeius perorasset, usque ad horam octauam; cum omnia maledicta, uersus etiam obscenissimi in Clodium, & Clodianam dicerentur. ille furens, & ex sanguis interrogat suos in clamore ipso, quis esset, qui plebem same necaret? respondebant opera, Pompeius: quis Alexandriam ire cuperet? respondebant, Pompeius: quem ire uellent? respondebant, Crassum. is aderat tum, Milioni animo non amico. hora fere nona, quasi signo dato, Clodiani nostros computare cooperunt. exarsit dolor, urgere illi, ut loco nos mouerent. factus est a nostris impetus

petus; fuga operarum; & iecitus de Rostris. Clodius, & nos quoque tum fugimus, ne quid in turba. senatus vocatus in curiam Pompeius domum. neque ego tamen in senatum; ne aut de tantis rebus tacerem, aut in Pompeio defendendo (nam is carpebat a Bibulo, Curione, Fauno, Servilio filio.) animos bonorum offendem. res in posterum dilata est. Clodius in Quirinalia produxit diem ad i. id. senatus ad Apollinis fuit, ut Pompeius adesset. acta res est grauiter a Pompeio. eo die nihil perfectum est. ad vi. id. ad Apollinis S. C. factum est, ea, quae facta essent ad iix. idus, contra remp. esse facta. eo die Cato est uehementer in Pompeium inuestitus, & cum oratione perpetua, tamquam reum, accusauit: de me multa, me inuito, cum mea summa laude dixit, cum illius in me perfidiam increparet. auditus est magnus silentio malenolorum, respondit ei uehementer Pompeius. Crassumq. descripsit; dixitq. aperte, se munitionem ad custodiendam uitam suam fore, quam Africinus suisset, quem C. Carbo interemisset. itaque magnae mili res iam moneri uidebantur. nam Pompeius haec intelligit, nobiscumq. communicat, insidias uitiae sua fieri. Catonem a Crasso sustentari, Clodio pecuniam suppeditare; utrumque & ab eo, & a Curione, Bibulo, ceterisq. suis obrectatoribus confirmari; uehementer esse prouidendum, ne opprimatur, concionario illo populo a se prope alienato, nobilitate inimica, non aequo senatu, iuuentute improba. itaque se comparat: homines ex agris acerfit. operas autem suas Clodius confirmat. manus ad Quirinalia paratur. in eo multo sumus superiores ipsius copiis. sed magna manus ex Ticens, & Gallia exspectatur; ut etiam Catonis rogationibus de Milone, & Lentulo resistamus. Ad i. v. id. Sextius ab indice Cn. Nerio Tupinia de ambitu est postulatus, &

codem die a quodam M. Tullio de ui. is erat aeger. dum, ut debuimus, ad eum statim uenimus, eiq. nos totos tradidimus: idq. fecimus praecei bonum opimum, qui nos ei iure succensere putabant: ut humanissimi, gratissimiq. & ipsi, & omnibus uidetur: itaq. faciemus. sed idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vatiam, & C. Cornelium. Eodem die, S. C. factum est, ut sodalites, decuriatiq. discederent, lexq. de ijs ferretur, ut, qui non discessissent, ea poena, quae est de ui, tenerentur. Ad iii. id. dixi pro Bestia de ambitu, apud praetore Cn. Domitium, in foro medio, maximo conuentu incidiq. in eum loci in dicendo, cu Sextius, multis in templo Castoris uulneribus acceptis, subfido Bestiae seruatus eset. hic proponendum quidam & xaios de ijs, quae in Sextium apparabam crima; & cum ornati ueris laudibus, magno assensu omnium. res homini fuit uehementer grata. Quae ibi eo scribo, quod me de retinenda Sextij gratia litteris monuisti. Pridie id. haec scripsi ante lucem, eo die apud Pomponium in eius nuptijs eram cenatus, circa sunt in rebus nostris, cuiusmodi tu mihi sere dissidenti praedicabas, plena dignitatis, & gratiae; quae quidem tua, mi frater, prudentia, patientia, uirtute, pietate, suauitate etiam, tibi, miliiq. sunt restituta. Domusbi ad lucum Pisonis Liciniana conducta est, sed, ut sero, paucis mensibus post kal. Quinti in tuam committis. tuam in Carinis mundi habitatores Camiae condixerunt. At post illam Olivensem epistolam nullas litteras accepi. quid agas, & ut te oblectes, scire cupio, maximeq. te ipsum uidere quamprimum. Cura, mi frater, ut uales; at quamquam est biems, tamen Sarviam istam esse cogites. xv. kal. Mart.

EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

LEgationes & quibus audiendis, mense Februario senatus habebatur; idq. lege Gabiniæ; quod infra patet, ep. 12. & fam. lib. 1. ep. 4. A KAL. Febr. & legiūmi habendo senatu dies erant, Kalendae, nonae, idus, reliquis diebus, modo comitiales non essent, haberi quidem senatus poterat; sed certus neque lege, neque more statutus erat dies, positum id erat in uoluntate magistratum. legationes igitur a Kalendis in idus rei ciebantur; non quia senatum haberi ante idus non licet, sed quia, si haberetur, alia de re potius, quam de legationibus, agi placeret, habitus autem quinquies ante idus est, primo nonis, ut opinor, de prouincijs quaestorum, & de ornandis praetoribus; iterum, tertio, quarto, iix, vii, v. idus, de Clodianarum operarum uizquinto, i. v. idus de sodalitatibus, & decuriatis. MILO affuit: oportet primum est nosse, a quo accusaretur Milo, quo de crimine, apud quos iudices. accusabatur a P. Clodio aedili, de ui, apud populum, accusatorem & crimen illa demonstrant, quae sunt in oratione pro Sextio, manifeste de Clodio pronunciata. Nam quid ego de aedile ipso loquar? qui etiam diem dixit, & accusavit de ui Milonem. & infra ibidem. Volitat aedilis, accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exultantem repressit. & infert continenter, de Milone: Hic, qui se est tutatus sic, ut in priuata re deos penates suos, in rep. iura tribunatus, auspiciaq. defenderet, accusare eum moderate, a quo ipso nefarie accusatur, per senatus auctoritatem non est situs. Idem & Dio lib. xxxix. demonstrat. Accularum autem esse, non ad praetorem, sed ad populum, patet ex eo, quod ad Lentulum in epistola scriptum est, fam. libro 1. epist. 5. Pompeius apud populum ad iix. id. Febr. cum pro Milone diceret, clamore, conuicioq. iactatus est, in senatuq. a Catone asperre, & acerbe, omnium magno silentio, est accusatus. quod ipsum argumento est, reum de ui Milonem suisse. nam etsi non de ui tantum, sed etiam de maiestate, ac de incestu, populi iudicium erat: ab horum tamen criminum suspicione Milonem absuisse, eo quidem tempore, notum est. Et, Affuit, in foro; ubi cuiuslibet generis exercebantur iudicia. ADVOCATVS & non ut pro Milone diceret, sed ut praeſentia sua reum subleuaueret, is enim aduocatus est, ut in Diuinatione Pedianus testatur. quarto igitur nonas Miloni aduocatus, octavo idus eidem patronus Pompeius, nit.

nit. MARCELLVS § non dubito, quin M. Marcellum significet, eum, quem, post deuictum acie Pharsalia Pompeium, a P. Magio Chilone interficatum fuisse, Ser. Sulpicij ad Ciceronem epistola declarat. existimo autem potius Marcum significari, quam aut Caium, eius fratrem, aut alium quemquam; quia & erat hic bonarum in rep. partium tutator, & Ciceronis amicissimus, & Milonis ipsius proprio studiosus, qui etiam ipsum, quo tempore de Clodij caede caussam dixit, cum Cicerone defenderit, ut omittam, quod, cum sine praenomine appelletur, de ipso potius, qui uirtute, & honore reliquis Marcellis antecelabat, quam de quoque alio, accipendum uidetur. HONESTE dicitur. § hoc dicit, quia I I X. idus, quo die iterum Milo affuit, turpiter potius, quam honeste, fugientes discesserunt. INTERIM, § inter quartum nonas, & octauum idus, habito senatu, referebatur de prouinciis quaestorum, & de ornandis praetoribus. fieri enim potest, ut non modo nonis, hoc est, die legitimo, uerum etiam tertio nonas, & priuilegio nonas habitus tenatus sit; cum de tribus diebus potius, quam de uno, significare uideatur dictio. Interim. De prouinciis quaestorum, § ut quaestores anni superioris prouincias fortirentur, cuius rei ad consules relatio pertinebat. quaestores autem sorte in prouincias iuisse, docet oratio pro Mutina. Et de ornandis praetoribus § malim, praetorijs: ut de prouinciis intelligatur. quod probat latine loquendi consuetudo. nam in epist. ad Atticum lib. I I I. Antequam, inquit, ad me scripsissetis, uestro consensu consulares prouincias ornatas esse. ad eundem lib. I V. Qui se dicerent in ornandis prouincijs consularibus scribendo assuisse. & in epistola ad Catonem, fam. lib. x v. Prouti, inquit, ornata, & spem non dubiam triumphi neglexi. poterat enim facile triumphum sperare, cum ornata prouinciam acciperet, hoc est, exercitu, pecuniaq. instructam. id est enim ornare prouinciam. quod etiam diximus in commentario ad Atticum. Suspicio autem apud Suetonium in Julio mendose legi; Ac neque more, neque iure, ante quam prouinciae ordinarentur, profectus est in ulteriore Hispaniam; & pro ordinandis, reponendum ornandis. QUERELIS de rep. § cum essent in senatu, qui non de prouinciis agi, sed de rep. uellent. Quid igitur, existet aliquis qui obijciat, non ad rem publicam prouinciae pertinent? sane: sed hic rem p. accipio pro rebus urbanis: quae maioris esse momenti, quam prouinciae, quibusdam senatoriis uidebantur: ideoq. reipublicae nomine recte possunt appellari. CATO § C. Cato tribunus pl. qui triennio ante, Caesare & Biblio cos. Pompeium priuatus dictatorem appellauerat. ep. 2. PROMULGAVIT. § proposui, ut deinde legem ferret. hoc de more diximus in nostro libro de legibus. ABROGANDO § non abrogavit tamen, Lentulo Marcellino consule dies comitiales, quibus ferre legem Cato potuisse, omnes eximente. infra, 314. & ex epistolis, quae familiares uulgo uocantur, satis constat, P. Léculum non ante annum spatium, quod erat administrandae prouinciae legitimum, decepsisse. IMPERIO § Ciliciae administratione. nam praefecti prouinciarum imperium habebat senatusconsulto & lege curia. quamquam Appius P. Clodij frater, si curia lex ferri non posset, ex senatusconsulto se esse in prouinciam iturum affirmauit. fam. l. 1. ep. 9. & ad Att. ep. 16. l. 4. LENTVLO § Spintheri, qui anno proximo cōsul ab exilio Ciceronem reuocauerat. uidetur autem hic Cato P. Clodij studiosus fuisse, qui contra Léculum & Milonem, quorum in primis opera Cicero in patriam redierat, rogationes promulgauerit. infra, hac ipsa epistola. MVTAVIT. § sordida ueste, ad commouendū misericordiam, sumpta: quod magnarum calamitatum in meu facere solebant: itaque, lege Clodia promulgata, uestitum & Cicero cum innumerabili amicorum clientiumq. multitudine mutauerat. PEREGERAT § Petrus Danesius, quem habet Gallia clarissimum ingenij doctrinaq. lumen, cum Venetiis ad eum saepe honoris caussa in aedes Georgii Siluae, Vaurenis episcopi, adolescentulus uentitarē, in sermone dixit, rectius legi posse. Semper egerat, quod idem mihi quoque nunc uideatur, & optime duae dictiones, interdum, semper, altera cū altera congruet: ut Pompeius silentio nō sane semper egerit, sed interdum; cum auctoritate uero semper. hanc enim operarum Clodij clamor eripere numquam potuit. SVRREXIT Clodius. § aedilis, Milonis accusator. ORE § cum immutatus color mentis sollicitudinem indicaret; contra quam Pompeio euenerat; qui, clamor operarum minime deterritus, cum auctoritate semper egerat. HORA VI. § tertia diei hora, iudiciorum erat prima. docet hoc Martialis ille uerius. Exercet raucos terria caussidicos, idē fere est horde quoque in consuetudine positum. CLODIAM § P. Clodij sororem, eam de tribus, ut opinor, quae Q. Metelli Celeris uxor erat. nam etsi reliquae item dueae, una, quae Q. Marcio Regi, altera, quae L. Lucullo collocata fuerat, male audiebant impudicitiae nomine, ut etiam cum fratre Clodio rem habuisse dicentur: haec tamen Metelli uxor, quam Quadratarium esse appellatum, Pluratchus tradit, infamia praestabat. & hanc significat Cicero libro ad Atticum I I. cum appellat Βούτιδα: & in oratione de haruspicū responsis, cum ait: Ne id quidem sentis, conniuentes illos oculos abauit tui magis optandos fuisse, quam hos flagrantes sororis? in ea uero pro Coelio, non modo exagitat eam, quia uirorum concubitum, instigante libidine, nimium petulanter appeteret, uerum etiam satis aperta suspicione carpit, quasi uenenū Metello coniugi dedisset. PLEBEM fame necaret. § quasi Pompeius, qui rei frumentariae praefectus, frumentum comprimeret. ALEXANDRIAM § restituendi Ptolemaei caussa. De Rostris § non, quod accusatores in foro de Rostris loquerentur; sed, quia Clodius, Milonis accusator, aedilis erat; & iure magistratus ad populum de Rostris uerba facere poterat. SENATVS uocatus in curiam. § I I X. idus, hoc est, eo ipso, quo pro Milone Pompeius dixit, die. Licebat igitur fastis diebus haberi senatum, iudicijs uidelicet confessis; nisi quid maioris rei praetipi tempus cogeret. CURIAM. § cum nihil additnr, Hostiliam intelligi notum est. BIBVLO § M. Calpurnio Bibulo, qui cum C. Caesaris esse inimicissimus, generum eius Pompeium, & in ferendis legibus, hoc est in euertenda rep. consentientem, amare non poterat. CURIONE § C. Scribonio Curione, uiro consulari, oratore non postremo; cum tamen neque memoria,

Rrr neque

neque ulla omnino doctrina valeret. pater eius Cato noster fuit, qui civili bello Caesaris partes secutus, in Africa est interfectus. FAVORIO $\frac{3}{3}$ M. Fauonio, Catonis aemulo in propugnatione tunc & loquendi libertate, occisus est inter captivos a triumviris, post Brutum & Cassium Philippensi pugna uictos. SERVILIO filio $\frac{3}{3}$ qui consul postea fuit cum C. Caesare, & addidit, Filio, quia uiebat adhuc pater eius, P. Servilius Isauricus. BONORVM $\frac{3}{3}$ apparet, ab eo bonos uocari Bibulum, Curionem, Fauonium, Sermilium, quia libertatis causam contra extraordinarias Caesaris, Pompeijq. opes tuerentur. QVIRINALIA $\frac{3}{3}$ quae erat xii. Kal. Martij. DITEM $\frac{3}{3}$ accusationis, sed quaero, qui potuerit Quirinalibus, hoc est, die festo, iudicium exerceri, hoc sane mihi praeter consuetudinem uidetur. nisi si potestas in eo singularis fuit aedilium cultulum, atque omnino ceterorum magistratum. Ad Apollinis $\frac{3}{3}$ non modo qui Graeci sciunt, sed qui Latinas litteras uix primoribus, quod aiunt, labris attigerunt, in hoc loquendi genere subaudiri aedem intelligunt. & senatum modo in templo, modo in sacras aedes uocari solitus, ex Varrone constat, qui distinguunt a templis aedes sacras. Vt Pompeius adesset. $\frac{3}{3}$ puto, quia prope templum Apollinis Pompeius habitaret: qui longius a suis aedibus discedere, metu Clodij, non audebat. ideo, paucis ante uerbis legitur, eum, senatu in Hostiliam curiam uocato, domesticis se parietibus tenuisse. CATO $\frac{3}{3}$ tribunus pl. quod iam diximus; qui antea Pompeium dictatorem appellauerat, nunc, mutata uoluntate, uehementer eum dem accusat. ME inuitu $\frac{3}{3}$ nam cur laudari se ab eo uellet, quem contra suac salutis auctores, Milonem, & Lentulam, rogationes uideret promulgasse? PERFIDIA $\frac{3}{3}$ cum Pompeius contra fidem suam Ciceronem destituit, pelliq. in exsulum a P. Clodio passus est. MALEVOLORVM $\frac{3}{3}$ eorum, quibus immoderata Pompeij potentia grauis erat, ex his quattuor iam nominauit, hac de re fam. lib. 1. DESCRIPTUS $\frac{3}{3}$ non nominatum appellauit, sed quasi quibusdam coloribus ita depinxit, ut, eū notari, homines intelligent. AFRICANVS $\frac{3}{3}$ minor: cuius uita non exstat, cum tamen eam Plutarchus litteris mandauerit, ut ipse testatur in Gracchis. C. CARBO $\frac{3}{3}$ de gente Papiria, tribunus pl. quo Africanus interfecetus est anno . is, accusante L. Licinio Crasso, singularis eloquentiae uiro, cantharidas sumptuose dicitur. fam. lib. 1x. & in Bruto. Plutarchus tamen in Gracchis suspicionem ait fuisse de M. Fulvio, & C. Graccho, neque Carbonem nominat in epitome Liuiana, libro 1x. eius facinoris culpa in Semproniam confertur, Africani uxorem, Gracchorum sororem, quibus cum simultates Africanus exercuerat. Cic. in Laelio, epitome Liuiana, Velleius 1.2. Plutarchus in apoph. Appianus lib. 1. de bel. ci. SVPPEDITARI $\frac{3}{3}$ a Crasso, Romanorum omnium diffissimo, Pompeij potentiae semper inferso. CONCIONARIO illo populo $\frac{3}{3}$ ea maxime populi parte, quae ad conciones tribunorum pl. facile soleret accurrere, quam populi fecem appellat infra. ALIENATO $\frac{3}{3}$ nam ante popularis maxime fuerat Pompeius, cu alij de caussis, tum ob eam, quod populo tribunicia potestatem, erexit a L. Sulla dictatore, consul restituerat. Alienato autem, quia Pompeius Milone, inimicum P. Clodij, accusatum ab eo, defenderat, infra. NOBILITATE $\frac{3}{3}$ de principibus loquitur ciuitatis, Crasso, Bibulo, Curione, & alijs. epist. 2. diximus enim iam, nobiles esse dictos non patricios tantum, sed quicunque honoribus ac dignitate tollerent. Non aequo senatu $\frac{3}{3}$ non optime in ipsum animato, argumentum eius rei minime dubium habebat, quod C. Catonis orationem magno silentio auditu, hoc est comprobari, uiderat. IVENTUTE $\frac{3}{3}$ quae nec antea Pompeium amauerat. ad Atticum lib. 11. QVIRINALIA $\frac{3}{3}$ quo die Milonem Clodius erat accusatus. MAGNA manus $\frac{3}{3}$ clientum, Pompeij, Ciceronis, Lentuli, Milonis. Vt etiam $\frac{3}{3}$ ut non modo Clodius aliquid in nos per uim agere non possit, sed nec Cato rogationes eas perfetere, quas de Milone & Lentulo promulgauit. DE MILONE $\frac{3}{3}$ quid: Cato de Milone promulgasset, compertum non habeo: nisi si hoc, ut, quando gladiatoriibus, & bestiariis contra leges effet usus, poenas daret, hoc mihi videor posse coiijcere ex illis uerbis, quae sunt infra, ep. 5. Ille uindex gladiatorum, & bestiariorum. LENTULI O $\frac{3}{3}$ ut ei abrogaretur imperium. RESISTAMVS $\frac{3}{3}$ si per uim eas perfere conetur, auspicijs, aut intercessionibus, aut denique legibus neglectis. SEXTIVS $\frac{3}{3}$ Publius, qui anno proximo tribunus pl. cum septem collegis de Cicerone restituendo rogationem pertulerat. INDICE $\frac{3}{3}$ non in hac causa indice, cum esset accumulator, sed Indice, quod ante quasi cognomen illud, ex aliquo fortasse indicio, accepisset. PUPINIA $\frac{3}{3}$ ex tribu Pupinia. sic n. loquebantur, quod Pedianus notauit. Pupinia inter tribus rusticis fuisse; & ab agro Pupinio nuncupata, ex Festo, alijsq. cognoscitur. uerum de tribibus diximus alio loco satis multa. DE AMBITU $\frac{3}{3}$ quod tribunatum plebis, corruptis pecunia tribubus, capisset, aut intelligendum de quaestura, quam gessit Cicerone & Antonio cos. quod ex oratione pro ipso cognoscitur. POSTVLATVS $\frac{3}{3}$ apud praetorem, iudicium, n. de ambitu praetor exercebat: ita que subiungit proxime. Dixi pro Bestia de ambitu apud praetorem Cn. Domitium. Postula re aut simpliciter accipit Vlpianus pro, in iure agere contra aliquem, ego duobus modis expono; ut postulet is, qui nomen alicuius defert apud magistratum, & postulet idem, cu post nominis delationem, in iure agit, hoc est contra reuherba facit. Vt uque probabimus, recitatis e Cicerone exemplis. Ac primum quidem uel hic ipse locus, de Sextio postulato, indicat, accusationi postulatione antecedere, nam infra sequitur. De ijs, quae in Sextium apparabantur crimina, non dum igitur acta caussa erat, cu dicat, apparabantur. Accedit illud, quod est in epistola primi libri 111. ad hunc ipsum. Gabinium tres adhuc factiones postulauit; Lentulus, qui iam de maiestate postulauit; Ti. Nero, C. Memmius, ad urbem accessit ad xii. Kal. O>. nihil turpis nec desertius, sed de iudicijs nihil audeo confidere. & in eodem libro, admodum aperte: De ambitu postulati sunt omnes, qui consulatum petunt, a Memmio Domitio, a Q. Curtio Memmius, a Q. Pompeio Messalla, a Triario Scáurus. magna res in motu est: propterea quod aut hominum, aut legum interitus ostenditur. opera datur, ut iudicia fiant. & in Vatinium: Postea quam es postulatus, ex legatione redijsti, ne quis te iudicia defugere arbitraretur. & in epistola Coelij: Pilus de repetundis cum postulauit:

postulauit: magna illiō fama surrexit; & de damnatione feruenter loqui est coepit. Postulatio igitur, quod ex his locis facile liceat intelligere, accusatoris actionem anteit, quod si ita est: aut postulatio, nomi nis est delatio; aut, quid præterea esse possit, ego quidem non video. Rursus, postulare, non esse idē, quod nomen deferre; locum habeo, qui clarissime demonstrat. scribit. n. haec Coelius in epistola ad Ciceronē: Non dubito, quin perlatum ad te sit, Appium a Dolabella reum factum, & paullo post: Illud mihi occurrit, quod inter postulationem & nominis delationem uxora Dolabella discessit. Quid igitur? an sibi ue teres non constabant, & modo hoc, modo illud? ego hanc inconstantiam non appello, sed libertatē, qua in usu angustius usurparunt; latius, ut cum, postulare, dicebant pro, accusare, sicuti nunc de Sextio postu lato dixit Cicero; angustius, ut cum propriam uerbi significationem intelligi uolebant; quale illud, ex ep i stola Coelij, quod recitauiimus, Inter postulationē & nominis delationem. Sic, Accusare, modo ualeat no men deferre, modo caussam ipsam iudicio contra reum agere. exemplis abundamus. A QVODAM M. Tullio, cui cognomen fuit Albinouano; quod interrogatio in Vatinium docet. De ui⁹ apud M. Aemilium Scaurum praetorem, ut ipsa Ciceronis oratio declarat. uim autem re uera non attulerat, sed passus erat Sextius, quod in oratione pro eo multis uerbis probauit Cicerō: indicesq. ita esse crediderunt, absolutus n. est Sextius omnibus sententijs; ut infra in epistola proxima. Vt debuimus⁹ ob eius in nos merita: quia tribunus pl. nostram caussam studiosissime iuuuerat. I V R E succensere⁹ ob eius peruersam, morosamq. na turam. sic. n. de eo scribit in epistola sequenti. I T A Q U E faciemus⁹ nostram operam, ut polliciti sumus, ita praestabimus. E S T I D I T ad allegatos⁹ praeter eos, quos aiebat esse consciós, & participes eiusdem criminis, nominauit Cn. Lentulum, & C. Cornelium, eodem sensu dixit in oratione pro Cluentio, Crimen Oppianici indicio Aiulij probabatur; in quo inter allegatos Oppianici nomen primum esse constabat. E O D E M die⁹ ergo, ut iam diximus, & iudicia, & senatus eodem die. S O D A L I T A T E S⁹ sodalitates in urbe siebant multarum rerum caussa. hic de sodalitatibus intellige ambitus caussa factis, quae Coitio diceba tur. D E C U R I A T I Q.⁹ & uerbum, Decuriare, & Decuria saepe non pro decem tantū hominibus, sed prō aliquo numero in unum coacto, & tamquam in decuriam descripto, eiusdem rei tractandae caussa. sic Phil. v. Non improbos decuriabat? nō sollicitabat agrarios? Et in oratione pro Plancio saepe uititur hoc uerbo, cum loquatur de ambitu: item in Verrem, & alijs in locis. D I S C E D E R E N T ⁹ de campo Martio; cū ad creando magistratus, qui eo anno creati ob factiones nondam erant, populus conuenisset. De ui⁹ publica: nam priuatam leuior poena sequebatur. de publica uero condemnati, praesertim homine necato, ciuitatem amitebant, diximus copiose in libro de legibus. B E S T I A ⁹ L. Calpurnio Bestia, qui cōstulatum Ciceronis reprehendere solitus est. a quibus. n. iniuriam tulerat, eos saepe Cicero defendit, ut P. Vatinium, A. Gabinium: eiusq. rei caussam exponit his uerbis in epistola ad Matiū: Cogor non numquā ho mines non optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. D E a m b i t u ⁹ puto Bestiam de ambitu ob emptam praeturam esse accusatum, & condemnatum. nā, nisi iudicio notatus esset, numquā de familiaritate Bestiae, de opera ei nauata in petitione praeturae, accusator obiecisset M. Coe lic, qua de re Cicero sic in oratione: Ac prima pars fuit illa: fuisse Bestiae Coeliū familiarē, cenasse apud eum, uentitasse domum, studuisse praeturae. Cn. Domitium⁹ Caluinum, qui post biennium consul fuit cum M. Valerio Messalla: tribunatum pl. gesserat, cōsulibus Caesare & Bibulo; ut in oratione pro Sextio: praeturā gerit hoc anno, id est consulibus Lentulo & Philippo; quod itē eadem pro Sextio, & interrogatio in Vatinium demonstrant. In foro medio, ⁹ non. n. semper in foro, sed pro arbitratu, modo in hac, modo in illa urbis parte praetores tribunal habebant: omnes tamē & eodem simili in loco, & ubi magistratus initio, ibi per touū annum. In libro de iudicij. M A X I M O conuenient⁹ Taciti uerba sunt haec in dialogo de oratoribus: Satis constat, C. Cornelium, M. Scaurum, T. Milonem, L. Bestiā, P. Vatinium, concursu totius ciuitatis & accusatos, & defensores. A C C E P T I S, ⁹ a Clodianis, cū esset tribunus pl. Legatur oratio pro ipso. Πρωτοχοροφάρμακον ⁹ tamquam bonus caussae Sextianeae gubernator praemuniuī quiddam oportune, cum pro Bestia dicerem, quod in Sextij iudicio prodeesse posset. E v m ⁹ Sextium potius, quā Bestiam. V E R I S ⁹ vere. n. & in quaestura & in tribunatu plebis rationibus reipublicae fuerat utilissimus. E I V S nuptiis ⁹ cū Piliam duxit uxorem: ex qua suscepit Atticam, quae deinde Agrippae nupsit. hinc error patet eoru, qui legendum putant in Attici uira, Statuas aliquot ipsi & Pilae posuerunt: cum (omitto alia ornamenta) statuas illas adolescenti Attico posuerint Athenieses, Piliam autem uxorem duxerit iam quinquagenarius. L V C V M Pisonis⁹ qua in regione urbis, antiqua monumenta non indicant. K A L E N D I S Quinti⁹ is dies terminus erat locatarum aedium. Suet. in Tiberio, & Martialis lib. & 12. cpigr.

, OIularum dedecus Kalendarum.

C A R I N I S ⁹ in quibus erat anita Ciceronis domus. eam fortasse Quintus in diuisione bonorum a fra tre acceperat. P. Victor in regione quarta. M Y N D I ⁹ amatores elegantiae. C A M I A E ⁹ cuius gentis hoc fuerit cognomen, non dum reperi. uidendum est, an Lamiae, legi possit, qui ex gente Aelia fuerunt. O L B I E N S E M ⁹ Olbia datam. ep. 5. H I E M S ⁹ qua parte anni non ita morbis tentamur.. S A R D I N I A M ⁹ prouinciam graui caelo; eq. te diligentius cura.

Marcus S. D. Quinto Fratri. 4.

S E X T U S noster absolutus est ad 11. id. Mart. &, modi caussa dissensionē esse, omnibus sententijs absolutus quod uehemēter interfuit reip. nullā uideri in eius- est. illud, quod tibi saepe curae esse intellexerā, ne cui R F F 2 iniquo

iniquo relinquemus uituperandi locum, qui nos ingra
tos esse diceret, nisi illius perueritatem quibusdam
in rebus quam humanissime ferremus, scito hoc nos in
eo iudicio consecutos esse, ut omnium gratissimi iudica
remur. nam in defendendo moroso homine cumulatis
sime satisfecimus, & id quod ille maxime cupiebat,
Vatinium, a quo palam oppugnabatur, arbitratus no
stro concedimus, dijs. hominibusque plaudentibus.
quoniam eriam Paulus noster, cum testis produktus esset
in Sextium, confirmavit, se nomen Vatini delaturum,
si Macer Licinius cunctaretur: & Macer a Sextij sub
sellis surrexit, acse illi non defuturum affirmavit, quid
quaeris? homo petulans, & audax, Vatinius ualde per
turbatus, debilitatusq. discessit. Quintus tuus, puer opti
mus, eruditur egregie. hoc nunc magis animaduero,
quod Tyranno docet apud me. Domus utriusque no
strum aedificatur strenue. redemptori tuo dimidium pe
cuniae curauit. spero nos ante hiemem contubernales fo
re. De nostra Tullia, tui mehercule amantissima, spero
cum Crassipede nos confecisse. dies erant duo, qui post
Latinas babentur religiosi, ceteroqui confectum era
si Macer Licinius cunctaretur: & Macer a Sextij sub
Latianar erat exiturus.

EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

AB SOLVTVS § iudicio de ui, accusante M. Tullio Albinouano. exstat Ciceronis oratio, nam
iudicium de ambitu factum esse non existimo, forte quia Nerius accusandi consilium abiecerit.
OPPVGNABATVR, § dixit enim testimonium Vatinius in Sextium. ARBITRATV nostro § cum id
mihi per omnes, quatenus ego uellem, licet itaque infert, Dijs, hominibusq. plaudentibus. pessime
enim Vatinium omnes paene homines oderant. ex quo Catullus, Odissem te odio Vatiniano. Macro
bius libro 11. Satur. Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut aedi
les edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse ueller. forte ijs diebus Casellius iurisconsultus con
sultus a quodam, num nux pinea pomum esset, si in Vatinium missurus es, inquit, pomum est. PRODV
CTVS § cogebantur legibus, atque etiam nunc coguntur homines, uel in amicissimos, postulante accu
satore, testimonium dicere. produci autem testes dicebantur, siue voluntarij, de quo uellent hominem
ue coacti legibus, in quem nollent, testimonium dicere. de voluntariis exemplum illud habemus
(ut omitram alia) in Vatinium: Cum in eundem nuper ab eadem illa furia productus ad populum
cupidissime falsum testimonium dixeris? de coactis legibus, hoc de Paullo in Sextium producto. NO
MEN Vatini delaturum. § non enim accusandi Vatini materia deerat. ita multa praeter leges commi
serat. quod in ipsum Ciceronis interrogatio significat. MACER LICINIUS § unus de Sextij patronis, &
forte Licinius ille Calvus, eloquentiae laude insignis, filius C. Macri, qui reus Cicerone praetore de repe
tundis factus, cum se damnatum iri uideret, uoluntaria morte iacturam rei familiaris effugit. qui enim
in reatu, ut iurisconsulti uerbis usurpemus, obierat, eius bona subiecti hastae leges uatabant. Pluta
chus, Valerius. CVNCTARETVR § nisi statim Licinius Vatinium accusaret, SVBSELLTIS § erant sub
sellia iudicium, reorum, accusatorum, ILLI § Vatinio potius, quam Paullo: hoc est, se esse Vatinio dien
diaturum affirmauit. quod uidetur fecisse. Nam Tacitus in dialogo de oratoribus maxime probat ac
cusationes Calui, quae in Vatinium conscribuntur, ac praecepit secundam orationem. DEBILITATV
QUE § animo fracto, ac demissio. referunt enim ad. Audax: Perturbatus uero ad, Petulans. TYRAN
NIO § satis usitatum grammaticis nomen. nam & is, qui Aristotelis Theophrastique uolumina, dicta
tore Sylla Athenis reperta, digessit, Tyrannio dictus est. A PV D me § domi meae, non, ut ante, domi tuae.
VTRIVSQ E nostrum § de una domo sermo uidetur esse; cum sequatur, Spero nos ante hiemem con
tubernales fore. & cursus duas domos illud ostendit, Redemptori tuo dimidium pecuniae curauit:
& illud, quod utriusque domos Clodius euenterat, atque inflamarat, ut est ad Atticum §: item illud,
quod hic infra subiectum: In aream tuam ueni: &, Domus erit egregia: &, Itemq. nostra celeriter aedi
ficabatur. quare statuamus fuisse domos omnino duas, quae inuicem contingent: ut, cum in suis u
terque aedibus habitaret, contubernales tamen essent, quia domus utriusque nullo interiecto spatio
disungerentur. REDEMPTORI tuo § Longilio. CRASSIPEDE: § Furio. nupsit Tullia tribus, contra Pediu
ni Plutarchiq. sententiam, primum L. Calpurnio Pisoni Frugi, deinde Furio Crassipedi, postremo P. Cor
nelio Dolabellae. Piso Cicerone perit exsultante: Crassipes Tulliae nunc remiserit, an e uita excelle
rit, incertum est: Dolabella diuortium fecit. hoc, ipso suis in libris narrante Cicerone, cognoscuntur.
LATINAS § si Varronem & Macrobium sequantur, antiquitatis utrumque peritissimum, conceptiue fe
riac erant Latinae, non statuae; concipiebanturq. in dies uel certos, uel incertos. Liuius tamen statuas
indicit fuisse, cum ait libro xxv. Romae consules, praetoresq. usque ante diem v. Kal. Mai. Latinae te
nuerunt. eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias profiscuntur, non enim simile
ueri est, consules, cum uictor Hannibal uastaret Italiam, consulto in v. kal. Mai. qui dies a primo ini
ti magistratus die, hoc est ab idibus Martij, xliii. dierum spatio distat, Latinas distulisse; ut ipsi
sibi diutinae in urbe mansionis necessitatem imponerent: cum ire in provincias neque consulibus, ne
que praetoribus liceret, nisi Latinatum sacro perpetrato. aut igitur eas e statuas in ordinem conce
ptuarum postea transisse credendum est: aut latenter causam alij perscrutentur. placet enim in
dicare, in quo, cum ipse mihi non satisfaciām, eorum, qui magis ingenio doctrināq. praestant,
elaborare possit industria. RELIGIOSI § quibus aut priuatim, aut publice quidquam fieri, maiori
momentu

momenti quod esset, religio uerabat. CONFECTVM } eo perducta res erat, nihil ut iam esset reliquum,
nisi ut mulier uiro desponderetur. quod postea factum est nonis Apr. ut ex epistola, quae sequitur pro-
xima, intelligitur. LATIAR^z mendosa vox: & in mendo consentiunt ueterer libri. multa mihi de cor-
rectione cogitanti, uenient in mentem, nec tamen quidquam, quod magnopere probem. Lucceius erat
exiturus, legi possit, si sententia tantum spectetur: sed affinitas abest illa litterarum, quam ego in locis
emendandis maxime quero. Lucceium quidem exiturum fuisse, & in Sardiniam iterum, in ea, quae
proxima sequitur, epistola his uerbis scriptum est: Lucceium conuenire non potueram, quod absuerat:
uidere autem uolebam, quod eram postridie Roma exiturus, & quod ille in Sardinia iter habebat. Pos-
set etiā reponi, Latiare, & coniungi cum antecedentibus uerbis: ut sit: Ceteroqui confessū erat Latiare.
deinde: Erā exiturus, ut hoc dicat: De Tullia & Crassipede alioqui confessū erat, confessū autē ipso Latia-
narum die. nam Latiare, latinarū sollempne significat: quod ex Macrobio constat. hanc ego amarem cor-
rectionem: uidetur enim, ut ita dicam, uerecunda; quia fit unius tantum litterae adiectione, & eius litte-
rae, quae prima sequentis dictio nis est. ex quo minor quodam modo licentia uidetur: cum, litteram aut
elidere, aut addere in ultima dictione, quae sit eadem cum prima dictio nis in sequentis, unum sit de pri-
uilegijs illis, quae ueterum scrip ta corrigentibus iure conceduntur. ergo, ut illa prior emendatio placet
in sententia, displicet in litteris: ita haec contra, cum in litteris maxime, in sententia tamen haud ualde
probatur. nam illud, Ceteroqui, uniuersum quiddam, quod non uno tempore de nuptiis actum sit, si-
gnificat. Latiare, autem si addatur, quo dies unus intelligitur: nimis in angustum uniuersum illud con-
trahetur. uerum ego fortasse calumnior, prae nimio studio ueritatis; & initio Caluum illum, qui cum
optimam in dicendo rationem quaereret, nimium inquirens in se, metuensque, ne uitiosum sanguine
colligeret, uerum etiam deperdebat. quare satis habeamus, quae nostra sententia sit, ostendisse, uera sit,
an fecus, uolo dijudicandi potestatem ad alios perire. ERA T exiturus. & Crassipes, redditurus post
duos religiosos dies. aut, si cui, Erat, referri ad Crassipedem non placet; eidem fortasse, Erat exiturus,
placebit; si modo, uere hoc a Cicerone de se ipso scribi posse, intellexerit. intelliget autem ex illis uerbis,
quae sunt infra: Lucceium uidere uolebam, quod eram postridie Roma exiturus.

Marcus S. D. Quinto fratri. 5.

DEDERAM ad te litteras antea, quibus erat scri-
ptum, Tulliam nostram Crassipedi p̄dīe non.
Apr. esse desponsatam; ceteraq. de re publica, & priua-
ta prescripseram. postea sunt haec acta. Nonis Apr.
6. C. Pompeio pecunia decreta in rem frumentariā
ad HS MCCCC. sed eodem die uebementer actum
de agro Campano, clamore senatus prope concionali.
acriorem causam inopia pecuniae faciebat, & anno-
nae caritas. Non praetermittam ne illud quidem. M.
Furnium Flaccum, equitem Romanum, hominem ne-
quam, Capitolini, & Mercuriales de collegio eicerūt;
praesentem, ad pedes uniuscuiusque iacentem. Ad
11x.id. Aprilis sponsalia Crassipedi praeheui. huic con-
uinio puer optimus Quintus tuus, meusq. quod perle-
nuerit commotus fuerat, desuit. Ad VI.id. Apr. ueni-
ad Quintum, eumq. uidi plane integrum: multumque
is mecum sermonem habuit, & per humanum de discor-
dis mulierum nostrarum, quid quaeris? nihil festiuus.
Pomponia autem etiam de te questa est. sed haec corā
agemus. A puerō ut discessi, in aream tuam ueni. res
agebatur multis structoribus. Longilium redemptore
cobortatus sum. fidem mihi faciebat, se uelle nobis pla-
cere. domus erit egregia. magis enim cerni iam po-
terat, quam quantum ex forma iudicabamus. itemq. no-
stra celicriter aedificabatur. eo die cenavi apud Crassi-
pedem. cenatus, in hortos ad Pompeium leūca latus
sum. Lucceium conuenire non potueram, quod absue-
rat, uidere autem uolebam, quod eram postridie Roma
exiturus, & quod ille in Sardiniam iter habebat. homi-
nem conueni, & ab eo petui, ut quamprimum te nobis
redderet. statim, dixit, erat autem iturus, ut dicbat,
ad III.id. Apr. ut aut Labrone, aut Pisis condescen-
deret. tu, mi frater, simul ac ille uenerit, primam nau-
gationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris.

ἀμφιλαφίαν autem illam, quam tu soles dicere bono mo-
do desidero, sic prorsus, ut aduenientem excipiam libe-
ter, latenter etiam nunc non excitem. Tribus locis
aedifico: reliqua reconcinno: uiuo paullo liberalius,
quam solebam. opus erat, si te haberem, paullisper fa-
bris locum dare. sed & haec, ut spero, breui inter nos
communicabimus. Res autem Romarac sic se habent.
Consul est egregius Lentulus, non impidente collega,
sic inquam bonus, ut meliorem non uiderim. dies comi-
tiales exempt omnes. nam etiam Latinæ instaurantur:
nec tamen deerant supplicationes. sic legibus pernicio-
siſimis obſtitutur, maxime Catonis. cui tamen egre-
gie imposuit Milo noſter, nam ille uindex gladiatorum,
& bestiariorum emerat de Cosconio, & Pomponio be-
ſtiarios; nec sine his armatis umquam in publico fue-
rat: hos alere non poterat, itaque uix tenebat. sensit Mi-
lo: dedit cuidam non familiari negotium, qui sine fa-
ſpicio ne eret eam familiam a Catone. quae ſimul
ataque abducta est, Racilius, qui unus est hoc tempore
tribunus pl. rem patre fecit, eosq. homines ſibi emptos ef-
fe dixit, (sic enim placuerat.) & tabulam pro-
scripsit, ſe familiam Catonianam uenditum. in eam
tabulam magni riſus conſequebantur. hunc igitur Cato
nem Lentulus a legibus removit, & eos, qui de Caſa-
re monstra promulgauint, quibus intercederet nemo.
Nam quod de Pompeio Caninius agit, ſanequam refri-
xit, neque enim res probatur; & Pompeius noſter in
amicitia P. Lentuli uituperatur. & hercule non eſt idē.
nam apud illam perditissimam, atque infirmam faciem
populi propter Milonem suboffendit: & boni multa ab
eo deſiderant, multa reprehendunt. Marcellinus autē
hoc uno mihi quidem non ſatisfacit, quod eum nimis
aspere tractat. quamquam id ſenatu non invito facit.
quo ego me libentius a curia, & ab omni parte reip.
ſubtraho.

subtraho. In iudiciis iij sumus, qui sumus, domus celebratur, ita, ut cum maxime. unum accidit imprudentia Milonis incommodo, de Sex. Coelio: quen. neque hoc tempore, neque ab imbecillis accusatoribus mibi placuit accusari. ei tres sententiae taeterrimae in consilio defuerunt. itaque hominem populus reuocat: & retrahatur, necesse est, non enim ferunt homines; & quia, cū apud suos diceret, paene damnatus est, uident damnatum. ea ipsa in re Pompeij offensio nobis oblitus. senatum enim urna copiose absoluit, equitum adaequauit, tribuni aerarij condemnarunt. & hoc incommodum confortantur quotidianae damnationes inimicorum; in

quibus me perlubente Servius allisus est ceteri conciduntur. Cato concionatus est, comitia haberi non futurum, siibi cum populo dies agendi essent exempti. & Appius a Cæsare non dum redierat. Tuas misericordias litteras expecto. atque adhuc clausum more scio fuisse: sed quo/dam uenisse tamen Olbia dicebant, quite unice laudarent, plurimiq. in provincia fieri dicenter. ijdem aiebant, nunciare, te prima navigatione transmisurum. id cupio: & quamquam te ipsum scilicet maxime, tamen etiam litterastus expecto. Mi frater, uale.

EXPLANATIO

Ijsdem consulibus.

DEDERAM ad te litteras 3 hoc, usque ad illa uerba, Ad pedes uniuscuiusque iaceat, librarii, genus hominum indiligens, atque imperitum, longe a sua fede transtulerant, & ad alterius epistolæ partem, ipsam quoque quasi membrum a suo corpore auulsa, agglutinauerant. mihi hanc perturbationem ostendit ratio temporis, & earum rerum ordo, de quibus ad fratrem in his epistolis Cicero scribit. Bessarionis liber dissentit ille quidem ab impressis, mendo tamen minime uacat. nam hoc totum, a verbo, Dederam ad, iacentem, principium est in eo epistolæ, sequunturq. continenter illa uerba, In eo multo sumus superiores ipsius copiis; quae sunt in epistola, cuius initium est, Scripsi ad te ante superiora, quae quam sint praepostere coniuncta, cuius, paullo attentius ea consideranti, dilucide patebit. cum igitur neque vulgatum in libris impressis ordinem ullo modo probarem; neque mihi, uerus alioquin certus ubique fere, Bessarionis liber hac quidem in parte satisfaceret: dedi me ad considerandum subtiliter argumentum, ut eo quasi filo ad ueritatem peruenirem. Primum agit Cicero de Tullia pridie nō. Apr. Crassipedi despensa, deinde subiungit, uelle se, quae post eum diem acta sint, perscribere. quis igitur pridie non. Aprilis consequitur dies nonae, ab his igitur quasi narrandi capit initium, cum ait: Nonis Apr. senatus consilio Pompeio pecunia decreta in rem frumentariam. Nonis autem quis proximus adiunctus est dies? iix. id. erant igitur mihi huius libri epistolæ peruoluendae, donec acta iix. id. iuum Apr. inuenirem. inueni. est enim illud: Ad iix. id. Apr. sponsalia Crassipedi praebui. & quae deinde connecta his pone sequuntur. quod autem infra impressum est in nostro libro, Ad vi. id. Apr. non, ut in aliis libris, atque adeo in manuscriptis, Ad iii. id. Apr. id feci conjectura duetus, contra ueterum librorum consensum. tres porro, cur in hanc opinionem uenerim, habeo caussas, unam, quod Cicero id agit, ut continuatos aliquot mensis Aprilis dies persecutatur: itaque a die pridie non. Apr. ad nonas tralit, a nonis ad iix. id. ab iix. id. autem ad iiii. id. omissio quattuor dierum spatio, numquam opinor transiecisset. quid enim nihil ne daret illi ad scribendum de quatuor diebus ullus? totum ne quadriduum Cicero dormiuit, ut nihil omnino ipse ageret, nihil, actum ab aliis, posset cognoscere? prouersus credibile non est. Altera, cur vi. pro iiii. reposuerim, caussa illa fuit, quod Ciceronem, qui summum quandam in Quintum fratrem his omnibus epistolis amorem declarat, Quintum filium, & unicum filium, ita neglexisse uix crediderim, ut eius inualetudine auditam, non eum, nisi quattuor dierum interposita mora, uisitauerit. Postremo, qui fieri poterat, ut mendosa dies non esset, cum infra dicat Cicero de Lucceio. Erat autem iturus ad iiii. id. Apr. ex quo patet, ante iiii. id. Apr. epistolam certe scriptam esse. quo circa, quin vi. id. aut vii. id. (ut statim post sponsaliorum diem, nulla facta mora, ierit ad Quintum) rectius multo sit, quam iiii. id. mihi quidem non uidetur esse dubitandum, erunt igitur haec quattuor dierum acta: Pridie nonas despensa Tullia; nonis decreta a senatu Pompeio pecunia, & actum de agro Campano, Flaccus de collegio eiectus; vii. aut vi. id. iuit ad Quintum filium, in aream uenit, ad Pompeium delatus, Lucceum conuenit. DESPONSAM 3 haec litterae, de Tullia Crassipedi despensa, non extant. non enim de proxima superiore epistola licet intelligere: in qua scripsit, Spero nos cum Crassipede confecti, quibus uerbis non, desponsam esse Tulliam, significat, sed sperare se futurum ut despondeatur. Addo illud. litterae de Tullia despensa datae sunt pridie non. Apr. hoc est in ipso, quo despensa est, die nam in hac epist. quae post pridie non. acta sint, persecutur. at proximas superiores quis credit pridie non. Apt. datas, cum de Sextio iiii. id. Martii absoluto significet? eo ne usque tantam rem, tam expectatam Quinto, distulisset? postremo, cum hic dicat Cicero, se scripsisse in iis literis de re publica, & priuata; hoc in superiores litteras nos conuenire, satis patet. uerbum enim de republica nullum profus habent. REM frumentariam 3 cui senatus populusq. Pompeium, annonae subleuandæ cauilla, praefecerat. ad Atticum lib. iv. HS MCCC. 3 his notis non, mille quadringentia, quod fortasse aliquis existimet, sed, millies quadringenties, intelligitur, millies autem quadringenties ualeat, quadragies bisenaria millia aureorum scutariorum pecuniae nostratis: ut ueterem nummariam rationem ex Plini; potius, & Celsi, quam

quam ex Budaei sententia exponamus, neque mirum est, in tanta annonae caritate tantam uim pecuniae in emptionem frumenti suisse necessariam. nam, cum populus Romanus his temporibus hominem esse 1000 millia censeretur; quod a Lilio traditum esse, epitome demonstrat; præterea, cum peregrinorum, cum seruorum infinitus prope numerus esset; annonae uero subueniri, non per unum mensum, sed usque ad messem, hoc est, per tres menses, necessitas cogeret: immensus erat frumenti numerus, qui tantas multitudini satisficeret, uidendum: quaeque item ad emendum frumentum sufficeret, ingenis erat pecunia comparanda. quod ita esse, si quis cogitauerit, multis partibus plures suisse seruos, quam ciues; (ut peregrinos omittam) is, opinor, habita grauius admodum annonae ratione, mecum existimat. De agro Campano 3 cum enira agri Campani partem, plebi diuidendam, emi a priuatis pecunia publica Caesar, lege lata, uoluisset; nec pecunia suppeteret: factum est s. c. nonis Apr. in sententiā Ciceronis, ut de agro Campano idibus Maij frequenti senatu referretur. fam. lib. I. ep. g. IN OPIA pecuniae 3 eius, qua senatus agrum Campanum ex lege Caesaris emeret. Ne illud quidem 3 quod eodem die, hoc est non. Apr. factum est, singulorum enim dierū acta Cicero persequitur; &c, post hanc de Flacco intentionem, pergit ad xii. id. Apr. hoc est, ad eum diem, qui post nonas primus est. EqvITATM Romanum 3 uide, non eam modo plebem, quae infra equestrem ordinem censeretur, sed ipsos quōque equites in collegia distributos suisse, uerum & collegia turpia fuere, ut opificum, & honesta, ut rei diuinæ cauſa, cum equitum etiam ac senatorum sodalites siebant. Opificum uero collegia, mul tis & s. c. & legibus, sublata, ut a Pediano tradiuit est, restituit lege lata P. Clodius tribunus pl. qui etiam noua quaedam addidit, ex omni fecerit urbis ac seruitiorum. ut in Pisone Cicero dixit, constituta. Non igitur, in ea collegia esse ad scriptum, honori fuit, quae senatus atque etiam populus saepe damnauerit, & in quibus sordidi ac sedentarij opifices, ut fabri, pistoresque, uersari solebant. At vero sodalites quafdam ne ingenuo dignas homine non existimē suisse, Catonis auctoritas facit, grauissimi uiri; quem de sodalitatibus, quasi honesta de re, loquentem induxit Cicero in libro de senectute. Sodalitates, inquit, me quæstore sunt constitutae. Nec dubito, quin sacrorum cauſa. Subiungit enim: Sacris Idaeis Magnae matris acceptis. Itidem igitur collegium illud, quo Flaccus est electus, de sacris rebus, ad Mercurij Louisq. Capitolini templa pertinenteribus, non artis sedentariae cauſa, suisse constitutum, facile licet existimare; cum equester ordo, quo ex ordine Flaccus erat, moechanicas artes non exerceret. CAPITOLINI & Mercuriales 3 duo genera hominum, ex quibus collegium illud, unde Flaccus est electus, constabat. forte ita dicti, quia prope templum Mercurij, propeq. Capitolium, aut etiam in ipso Capitolio habitarent. SPONSALIA Crastipedi præbui. 3 aliud igitur est despondere, aliud sponsalia præbere: cum despensa Tullia sit pridie non. Apt. sponsaliorum uero dies fuerit xix. id. Apr. quid autem sit, sponsalia, ipse indicat, cum ait, Huic coniuio. COMMOTVS 3 morbo potius, quam iracundia. nam sequitur: Ad Quintum ueni, eumq. uidi plane integrum. quod est bene ualentis. unde integrum corpus, integra ualeudo. præterea, puto, indecorum, minimeq. sua persona dignum Cicero existimat, uenire ad Quintum puerum, ut eum iracundia commotum leniret. VENI 3 ergo non erat Quintus apud ipsum. quod supra inde patefit: Tyranno docet apud me, nisi si. Docet apud me, non quod apud eum Quintus habitaret, intelligamus; sed quod, quas diei horas cognoscendis litteris daret, per eas horas eum apud se Cicero uellet a Tyrannione erudiri; ut, quo ingenio ac uoluntate Quintus puer, qua etiam fortasse diligentia, qua ue doctrina esset Tyranno, posset animaduertere. MULIERVM nostrarum 3 Terentiae, & Pomponiae. raro enim fit, ut inter duas duorum fratrum uxores conueniat, ac saepe carissimorum fratum suauissimæ coniunctiones earum dissensione dirimuntur. quod ipsem, magno rei familiaris detimento, maiore animi dolore, sum expertus. FESTIVVS 3 amabile quiddam est in pueris; quod si uerbis uelim describere, dicam esse id, quod aduersatur seueritati, itaque & in epistola ad Torquatum, Res, inquit, molesta est, ab ijs pueris abesse, quibus nihil potest esse festiuus. ETIAM de te 3 ne Quintus commoueat, quia dixerat, De discordijs mulierum nostrarum, placato iam animo esse Pomponiam significat, quae apud ipsum de longiore, quam uellet, coniugis absentia familiariter ac libere questa sit. MULIES structoribus 3 in aedicando uitimur opera architecti, qui formam facit aedificij; redemptoris, qui totum opus impensa studioq. suo faciendum condit; (ut interdum tamen architectus redemptoris item partes agat) structorum, qui calcem & lateres tractant; fabrorum, qui lapides aut ligna caedunt. FORMA 3 quam Minucius fecerat. ep. 2. REDDERET 3 non ut te secum Romanam reduceret, sed ut te statim hic remitteret. LABRONE 3 non dubito, quin de Ligurni, ut nunc appellant, portu intelligat. uocem corrupit, ut alias innumerabiles, ueritas. AQUIAS 3 cum epistola Quinti, cui responder Cicero, non extet: diuinare, quid sit aquila hoc loco, nostrum non est, non enim placet eos imitari, qui, ne quid nescire videantur diuersas in opiniones leui conjectura feruntur. BONO modo non, omnino, sed, quadam ex parte, persicis quod Graeci dicunt, ut Bono, temperamentum quoddam, non, ut alibi, magnitudinem significet, sic ad Atticum lib. xiiii. De die tantum uidebis, & id ipsum bono modo. sed hoc aliquanto apertius ostenditur lib. ii. Acad. in quo haec sunt: Hanc tibi, Luculle, si es ascensus Antiocho, familiari tuo, tam sunt defendenda, quam moenia: mihi autem bono modo, tantum, quantum uidebitur. LIBERALIVS 3 quod minus restricte sumptus ficeret, quod uiuendi rationem non ea, qua solitus erat, frugalitatis regula metiretur. OPS erat 3 opus erat ad relaxationem animi mei, ut paullisper ab his tumultibus secederem, ac fabris locum darem, defessus enim iam sum ex molestia, quam illis urgendas capio. id igitur facereim, si te haberem: tu enim, absente me, meam uicem eos exerceres. nunc eo non licet, quia, si pedem hinc mouero, nemo

fu-

futurus est, qui praesentia sua illos in opera contineat. **SED & haec** 3 dixerat iam, Sed haec coram agemus, cum de discordijs mulierum meminisset recte igitur usus est particula, & ut significet uelle se nō illa tantum superiora, sed & haec praesenti sermoni reseruare, atque haec de caussis una fuit, quae me, ut hanc epistolae partem, quae incipit a dictione *ἀριθμός*, usque ad extremum, cum ea parte, in qua mentio fit de discordijs mulierum, connecterem. **R E S R o m a n a e** 3 a priuatis rebus ad publicas sermonem traducit. & cum dixit res Romanae, potius quam publicae, festiuū simul & amplum quiddam uidetur adamasse: quod, cum haec uox, res Romanae, magnum aliquid praesederat, ipse tamen ea significet, quae in fra Romani nominis dignitatem sint. unde & illud ad Atticum ep. 15. l. 4. Nunc Romanas accipe res, & ad eundem, quo in loco certum non habeo, sed ad eundem certe: iam exclames necesse est, res Romanas diutius stare non posse. & hic, in fra: Res Romanae sic se habebant. **L E N T U L V S** 3 Marcellinus; quem hoc anno consulem fuisse cum Marcio Philippo, iam dixi. **C O L L E G A** 3 cum sua sponte bono, tum, ut opinor, consilio maxime, atque exemplo M. Catonis, generi sui. Plutarchus. **E X E M I T** 3 sustulit: effecit, ne per eos lege agi posset: ne scilicet C. Cato tribunus pl. quas de P. Lentulo Spinthere, & Anno Milone rogationes promulgauerat, eas perferrere posset. tollebantur autem comitiales dies cum aliis rationibus, quas in libro de comitijs attigimus, tum feriis indicendis: cum & comitialis, & festus dies idem esse non posset. **E T I A M L a t i n a e i n s t a u r a n t u r** 3 cum dicat, etiam, liquet; non instaurandis modo Latinis exemptos esse a Lentulo comitiales dies, sed alio, etiam genere impedimenti, cuiusmodi erat, seruare de caelo, nam eti⁹ augur non erat Marcellinus: nihil tamen obstabat, quin, pro potestate consulatus, seruare de caelo posset. quod aperie demonstrant illa uerba in oratione secunda in Antonium: Hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis uel impetrare, uel uitare posset. in quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. quid enim istuc, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti; si augur non es, & consul es, minus facere potuisses? uide, ne etiam facilius, nos enim nuntiationem solum habeamus, consules & reliqui magistratus etiam spectacionem, & interrogationem in Vatinium: Tribunus pl. fuiti: collegas habuisti uirtuos fortis nouem. ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas de caelo seruare, quos irridebas, quos priuatos esse dicebas. quibus ex locis licet, constat etiam ijs, qui augures non essent, seruare de caelo. nam certe neque Marcellinus, neque tres illi tribuni pl. Vatinii collegae, augures erant; quorum numerus supra quindecim esse non poterat; & inter eos nemo erat ex ijs, quos nominauit, omnes enim habeo diligenter notatos in meis lucubrationibus. **L A T I N A E** 3 seriae conceptiuae, a consulibus, aut ab eo, qui summum in urbe magistratum gereret, in Albano monte factae. primus eas in unum diem Tarquinius Superbus instituit: secundus dies addi⁹, pulsis regibus: tertius post secessionem in Auentinum: quartus, plebe & patribus a dictatore Camillo in concordiam reductis. **I N S T A V R A N T V R**: 3 quasi, faciendis ijs, aut praetermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. quibus de caussis, saepe legimus apud Liuium, instauratos esse ludos, instauratus autem decreto pontificum Latinas, ex Liui lib. xxxii, planum est. **S V P P L I C A T I O N E S** 3 quae imperatoribus pro re bene gesta decernebatur: eaeq. dum fierent, lege agere non licet. **I L L E u i n d e x** 3 qui se vindicem quodam modo, atque assertorem gladiatorum & bestiarum professus erat, lege in Milonem prumulgata, quod gladiatoribus & bestiaris contra remp. usus esset. Legem supra Cicero significat in eo loco: Magna manus ex Piceno, & Gallia exspectatur; ut etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo resistamus. **V N V S e s t** 3 non quia re uera unus, sed quod unus inter omnes eo magistratu dignus esset. similiter locutus est in epistola ad M. Catonem: Et, si in ciuitate multi Catones essent; in qua unum fuisse mirabile est, in magno enim Catonum numero, singularem uirtute fecit M. Catonem. **T A B V L A M p r o s t r i p s i t**, 3 in publico posuit; cum in ea scripsisset, seruos se se uenitirum C. Catonis: quod illi esse dedecori intelligebat. **H V N C i g i t u r C a t o n e m** 3 de quo haec, quae risum excitarent, sunt a me dicta. itidem cum infra locutum puto epistola 9. **M O N S T R A** 3 quas, opinor, leges pernicioſissimas paullo ante appellauit. **I N T E R C E D E R E T n e m o**. 3 quibus enim legibus ab aliquo tribuno pl. intercessum iam erat, de iis impediendis, non erat, cur Marcellinus cogitaret: quibus autem intercederet nemo, ijs, qua ratione poterat, obſtibat. has autem leges si uel pro Caſare, uel contra Caſarem scriptas fuisse dicam, uaticiner fortalſe, & aberrem a uero: quod tamen consequit coniectura liceat, crediderim, pro Caſare fuisse. alioqui non iis impedimento fuisse Marcellinus: qui, cum Pompeio esset infensus, quod paullo infra Cicero declarat. Caſarem (est enim ita contentaneum) non amabat: cuius & affinitatem cum Pompeio, & pernicioſum reip. cum eodem, & cum M. Crasso initiam societatem boni & sapientes ciues oderant maiorem in modum, ac timebant. **C A N I N I V S** 3 tribunus pl. qui rogationem promulgauerat, ut Pompeius regem Ptolemaeum cum duobus legatis restitueret. hoc Cicero significat, obscure illi quidem, sed Plutarchus apertissime. **R E F R I X I T** 3 quo diligentius hoc uerbum considero, eo minus existimo, Refrixit, ideo dictum else, quia rogationia Caninio promulgatae aliquis tribunus pl. intercessisset. libentius in eam sententiam delabor, utin ipso Caninio remissionem quandam animi in re copta significari existimem. quo spectare uideretur illud: Neque enim res probatur. Refrixit igitur, ipso remittente Caninio: qui de rogatione preferenda non laborauit, cum rem probari non uideret. sic locutus est, simili sententia, ad Atticum 18. Hac tota res, interpellata bello, refixerat. **V I T V P E R A T V R** 3 qui, cum a Lentulo fuisse ornatus, restituendi Ptolemaei regis honorem ei uellet eripere. ornamentum autem in Pompeium a Lentulo profectum, id fuit, quod, ut rei frumentariae praeficeretur, consul anno proximo retulerat: idq. significant illa, quae sunt in epistola ad Lentulum: Pompeio qui nolunt, iidem tibi, quod cum exstanti, non sunt amici.

FAECM

FAECEM populi § P. Clodij studiosam. PROPTER Milonem § defensum contra Clodij accusatio-
 nem iuxta id. Febr. qua de re supra. SUBOFFENDIT § non omnino, sed leuiter propter Milonem of-
 fendit. quod aliqui popularis maxime Pompeius esset, itaque & supra, cum hac ipsa de re loqueretur,
 ita locutus est: Concionario illo populo a se probe alienato. MVLTA ab eo desiderant § quae non prae-
 stat, cum deberet. MVLTA reprehendunt § quae committit, cum non deberet. HOC UNO § quia dixerat
 iam, Consul est egregius Lentulus; unum excipit, asperitatem in Pompeium: ne, quae in hominē ami-
 cum, de seq. optime meritum fiant, ea probare uideatur. SENATV non inuitu § iure. quid enim ei faueret,
 cuius nefaria contra libertatem constia, coitione cum Caelare, & Crasso facta, cognouisset? supra: Ca-
 to est uehementer in Pompeium inuectus: auditus est magno silentio maleuolorum. & in epistola ad
 Lentulum: Pompeius in senatu a Catone aspere & acerbe, nimium ne in dicenda sententia uel bonos
 offendam, si pro magno silentio, est accusatus. A CVRIA § Pompeio sentiam; uel ingrate faciam in ip-
 sum, si sequar eos, qui ab illo dissentient. CELEBRATVR § clientium frequentia. idem ad Att. 37 Rép.
 nulla ex parte attingimus. in caussis, atque in illa opera nostra forensi, summa industria uersamur. do-
 mus celebratur. IMPRVIDENTIA Milonis § non, quod ipse accusauerit imbecille, sed quod tum alieno tempore,
 tum ab accusatoribus minime firmis accusandum curauerit Sex. Coelium. SEX Coelio § censeo legen-
 dum, Sex. Clodio, is enim & Milonis ac Ciceronis fuit inimicissimus; & Marcellino & Philippo cos. ac-
 cusatus, atque absolutus est. de quo sic in oratione pro M. Coelio in extremo fere: Oro obtestorq. uos
 iudices, ut, qua in ciuitate paucis his diebus Sex. Clodius absolutus sit; quem uos per biennium aut ini-
 nistrum seditionis, aut ducem uidistis; in ea ciuitate ne patiamini &c. congruent igitur tempora: nec
 res ipsa discrepat. de temporibus dubitari non potest: cum oratio pro M. Coelio ijsdē, quibus haec
 epistola scripta est, consulibus habita sit, Marcellino, inquam, & Philippo. nam in oratione cum ait: In-
 telligis pro tua praestanti prudentia Cn. Domitij, cum hac sola rem esse nobis: facile aperit, quo anno il-
 la dixerit, uideo enim, Domicium Caluinum, qui praetor quaestione illa exercuit, praeturam gessisse
 consulibus Marcellino & Philippo. id quod, opinor, iam cognitum est, dixit enim supra: Ad 111. id.
 Feb. dixi pro Bestia de ambitu apud praetorem Cn. Domitium. quam epistolam in consularu Marcellini
 & Philippi scriptam ostendimus. Quod ad reum attinet, homo est, quem Milo pariter & Cicero per
 ditum uoluerint. quod utrumque non ex oratione minus, quam ex hac epistola, colligitur. NEQV E hoc
 tempore § quod ei Clodius, qui tunc aedilitatem curalem gereret, prodeesse suo studio plurimum posset.
 etiam illud: quod eo tempore sit accusatus, cum Pompeius neque clarus plenisqne de populo esset, pro-
 pter Milonis patrocinium; & senatoribus offensus, ex quo paullo post: Ea ipsa in re Pompeij offendio no-
 bis obstitit: senatorem enim urna copiose absoluit. ACCVSARI § de ui, ut opinor: cum, omnium sedi-
 tiosissimum fuisse, Ciceronis scripta demonstrent. TETERRIMAE defuerunt § quae nisi defuerint, con-
 demnatus esset. & Teterimae, cum odio. nam si absolutus est Sex. Clodius immerito, non tres plane
 sententiae, sed omnes, quae absoluunt teterimae, notat aurem ordinem senatorium. nam tribuni aera-
 rij damnarunt, equitum sententiae pari numero fuerunt, senatores plerique absoluunt. quod subiungit.
 notat igitur nominatim eas tres, quae condemnationis numero defuerunt. Verum quacero, cum
 tribus ordinibus unus absoluert, alter damnauerit, tertius neque absoluert, neque damnauerit, qui uideri
 potest Clodius absolutus? quia, non ordinum iudicia, sed sententiarum numerum spe&cati, lex iu-
 bebat. quod cum alijs exemplis, tum ex oratione pro Clentio, & ex epistola 7. Coelij ad Ciceronem
 cognoscitur, lib. 11x. fam. idque Plutarchus in Mario comprobatur. IN concilio§ iudicum, ut infra. REVO-
 CAT § rursus accusandum esse dicit. FVERVNT § malum, ferunt, nam, Non fuerunt homines, ineptū quid
 dam, atque eneuatum uideatur. APVD suos § quod ei iudices fauerent: opinor, quia non optime in Pom-
 peium essent animati. sequitur enim: Pompeij offendio nobis obstitit. VIDENT damnatum § futurum cre-
 dunt, ut damnetur. VRNA § tres erant urnae, cum tres ordines, senatores, equites, tribuni aerarij ex ea
 lege, quam tulerat in praetura L. Aurelius Cotta, iudicarent. in eas separatim cuiusque ordinis tabellae
 coniiciebantur. TRIBVN1 aerarij § genus hominum fuisse constat dignitate inferius ordine equestri: de
 quibus Varro: Quibus attributa erat pecunia, ut militi redderent, tribuni aerarij dicti, hos ego existi-
 mo. perfundatos eo munere, nomen postea retinuisse. quo modo enim tot uno tempore tot in iudiciis
 tribuni aerarij? quid, si bellum esset nullum; nulli ne ideo tribuni aerarij? qui ergo tres ordines iudica-
 rent? nomen igitur non a praesente magis, quam absoluto iam munere ceperunt. SERVIVS § antiquus
 Beslarioris liber, Seuius: alter, quo Magnulus usus est, Seius. quod potest esse uerum. Seius enim Ro-
 manum nomen. ALLISVS est § adductus quidem in aliquod condemnationis, ut naufragii, periculum,
 sed ex quo tamen emersit, me non inuitu, qui non eo illum, quo ceteros Clodianos, odio perse-
 quor. CONCIDVNTVR § iudicio perduntur, damnantur. eadem narratione usus est supra: Vatinium
 arbitratu nostro concidimus. NON sicutum § nec sicut, tribunicio intercedendi iure, nulla enim hoc
 anno habita comitia, ac ne duobus quidem proxime sequentibus, sed ex interregeno consules per
 triennium creatos, Cicero ipse aliquot locis, & Dio libro xxxxi. praeterea Plutarchus, Appia-
 nusque declarant. hoc autem anno, sublatis Comitiis a C. Catone tribuno plebis uestem senatus mu-
 tauit. epitome, Dio lib. xxxix. EXEMPTI § eximebat Marcellinus consul, ut eius perniciosissimis
 legibus obsteret. APPIVS § P. Clodij frater. A CAESARE § quo iuerat, forte ob eam caussam, ut ei suam
 consulatus petitionem commendaret. ualebat enim in comitiis Caesar uel plurimum, ut qui popularis
 semper in primis fuisset. & in Gallia togata, Caesaris prouincia, municipia erant multa, quae suffra-
 gium, in sua quodque tribu, aut centuria, Romae ferrent. itaque & M. Antonium ijs ad petitionem

Sff auguratus

auguratus Caesar commendauit. quod ab Hirtio scriptum legimus. aut igitur ob eam causam Appius ad Caesarem iuerat: aut, ut ab eo tribunatu mil aliquem auferret. quod ei a Domitio collega obiectum, infra scriptum est his uerbis: Etiam in senatu lusit, Appium collegam propterea iisse ad Caesarem, ut aliquem tribunatum auferret. REDIERANT 3 Romam. Falsus igitur Plutarchus; qui, Appium Marcellino & Philippo cos quo anno scripsa est haec epistola, Sardiniam praetoris officio administrasse, in Caesaris uita significat. nam, si pro praetore Sardiniae Appius est; qui uagatur, ab urbe in Galliam, ex Gallia ad urbem: uerum, ut Sardiniani sortitus esset, fecit tamen, aliqua causa retardatus, ut non incunca anno, hoc est cum primum praetura in urbe perfundatus est, sed aliquot post menses in prouinciam proficisci retur. hoc ego ita suspicor: quia etsi Plutarchus in rerum Romanarum notitia saepe labitur, non errasse tamen, cum de Appii prouinciali huius anni praetura tradidit, eo mihi similius ueri sit, quod annus, quo Marcellinus & Philippus consulatum gesserunt, proximus cum annum sequitur, quo praeturam in urbe Appius administravit: ut necesse sit, aut non iuisse Appium in prouinciam ex praetura, aut hoc anno iuisse, nam anno post Marcellinum & Philippum cos. certe ab urbe non discesserit, cum is ei ad petendum consulatum legitimus annus esset. distat enim biennio consulatus a praetura: & biennio Appius ipse post praeturam consul fuit. CLAVSVM 3 ob hiemem, quod eo uti per anni tempus non licet. ita ueteres loquebantur. atque hac de re Vegetius de re militari lib. IV. cap. XXXIX. Ex die, inquit, 111. iduum Nou. usque in diem VI. iduum Martij maria clauduntur. nam lux minima, nox prolixa, nubium densitas, aeris obscuritas, uentorum, imbrum, uel niuium geminata, saeuitia non solu classes a pelago, sed etiam comeantes a terrestri itinere deturbat. OLBIA 3 Sardiniae urbe, de qua supra bis. In prouincia 3 fecit aliquando haec uox, ut Quinctum existimarem in Sardinia fuisse pro praetore, extra ordinem, dum aliquis annuo legitimo imperio succederet: quia non ultra mensem Maium in Sardinia Quinctum fuisse constat. nunc, illum a Cicerone omnibus litteris Romam uocari cum videam; opinionem muto. qui enim accerteret eum Cicero, quem sciret non ante successoris adueni posse decedere? fuit igitur potius in Sardinia Quinctus alia de causa. quod illa indicant uerba 307. Tu, si ita expedit, uelim quamprimum bona & certa tempestate confendas, ad meq. uenias. Certe enim, si Quinctus pro praetore Sardiniam regeret, non hoc Cicero diceret; Si ita expedit, statim confendas, nec redit Quinctus Romam, nisi quattuor fere post menses, mense Maio. quod si haec uerba, In prouincia plurimi steri, uix in priuatum uidentur posse conuenire: credamus, iuisse quidem in Sardiniam eo nomine, ut suam rem ageret, cum libera tamen legatione, ut esset honoratior; aut potius, quod iam diximus, rei frumentariae causa, Pompeii legatum. certe hoc anno, ut proxime ostendimus, pro praetore Sardiniam rexit Appius.

Marcus S. D. Quincto fratri.

6.

AD 11. id. Apr. ante lucem hanc epistolam dicta-
ueram, scripseramq. in itinere, ut eo die apud
T. Titium in Auagnino manerem. postridie autem in
Laterio cogitabam; inde, cum in Arpinati quinque dies
fuisse, ire in Pompeianum. rediens aspicere Cumam;
ut, quoniam in nonas Mai. Miloni dies prodi-

ta est, prid. non. Romae essem, teq. mi carissime, & sua
nisi me frater ad eam diem, ut sperabam, uiderem. Ad-
dificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari pla-
cebat. Fac mi frater ut ualeas, quamprimumq. ue-
nias. Vale.

EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

LATERIO 3 fundo Quincti, in Arpinati. ep. 1. lib. 3. & ad Atticum ep. 7. l. 4. & 1. lib. 10. POMPEIA-
num, Cumam 3 non Quincti, sed ipsius Marti fundos. DIES 3 iudicii. supra. PRODITA 3 sic
Bessarionis, & Tertij liber, recte. quod enim usitatus uidebatur, Producta, quam prodita; forte minus
notum uerbum in familiare conuertit aliquis, latinae linguae non omnino peritus. Prodita uero idem
ualet, quod producta. sic Terentius: Saltem aliquot nuptiis prodat dies. Ad eam diem uiderem. 3 non
uidit, nisi post idus: ut in epistola, quae sequitur proxima. ARCANI 3 uilla Quincti fuit. SVSTENTA-
RI 3 differri. pudet in iis uerbis immorari, quorum usum congesta in libros exempla declarant. ta-
metsi in his ipsis, qui omnes diuicias nomine pollicentur, est sane cur aliquid, atque adeo multa, nec
ea leuia, desiderentur.

Marcus S. D. Quincto fratri.

7.

OLITERAS mihi tuas iucundissimas, exspecta-
tas, ac primo quidem cum desiderio, nunc uero
etiam cum timore. atque has scito litteras me solas ac-
cepisse post illas, quas tuus natus attulit, Olbia das.
sed cetera, ut scribis, praesenti sermoni referuantur, hoc
tamen non queo differre. Idibus Mai. senatus frequen-
tiuus

diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. adiu- bus, & postridie, fuerat dictum, de agro Campano actum
rat Porcilius hoc nemini accidisse. foris ualde plaudi- iri, non est actum, in hac causa mibi aqua haeret. sed
tur. mibi cum sua sponte iucundum, tum iucundius,
plura, quom consilueram, coram enim. Vale mi opti-
quod me absente, (eccl enim ei xpri iudicium) sine op- me, ac optatisime frater, aduola. idem te nostri rogan-
pugnazione, sine gratia nostra. eram Antij. Quod, idi- pueri. illud scilicet: cenabis, eum ueneris. Vale.

EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

CVM desiderio & antea, cum tuas litteras exspectabam, tui absentis desiderio tenebar; quia, non ita propinquum esse tuum redditum, intelligerem: postea tero quam, te esse iam iamq. ad nos nauigatum, significasti; ita exspecto tuas litteras, ut interea me timor sollicitet, eorum periculorum causa, quae nauigantibus imponent. ita primo quidem erat, cur te absentem desiderarem: cur timerem, non erat: nunc redditum maturum cum sperem, sublato desiderio timor est exortus. **IDIBVS Mai.** & hoc anno consules erant Marcellinus & Philippus. proximo superiore, Lentulo & Metello cos. Gabinius inuenit anno in prouinciam ierat. ergo ultra annum prouinciam administrauit. annum dico & immo, ultra triennium. redit enim L. Domitio Ahenobarbo Ap. Claudio Pulchro cos. quod infra patet, epistola 1. l. 3. & ad Atticum epistola 16. libro 4. **GABINIO** & qui tunc Syriam proconsul regebat. **POR-**
CILIVS & antiqui libri, Proculius, cuius gentem nominis non dum inueni. Porcilius, placet: ut a Porcio deductum sit, quemadmodum a Sextio Sextilio, Quintio Quintilio, Curtio Curtilio. **NEMINI** accidisse & ut imperatoris litteris, bene gestam remp. nuntiantibus, senatus non crederet. quod Gabinio contigit. diuinus igitur senatus, quod postulant supplicationem. Gabinio frequens denegauit, hac de re his uerbis in oratione de prouincijs consularibus: Quae, inquit, homini, in quo aliquis si non famae pudor, at supplicii timor est, grauior poena accidere potuit, quam non credi litteris iis, quae rem bene gestam in bello nuntiarent: hoc statuit senatus, cum frequens supplicationem Gabinio denegauit; primum, homini omnibus sceleribus, flagitiisq. contaminatissimo nihil esse credendum; deinde, a proditore, atque eo, quem praesentem hostem reipublicae cognosset, bene rem geri non potuisse; postremo, ne deos quidem immortales uelle aperiri sua templi, & sibi supplicari, hominis impurissimi & sceleratissimi nomine. & in ea in Pisonem: Ab altero allatae litterae, recitatae; relatum ad senatum. dij immortales, id ne ego optarem, ut inimicus meus ea, qua nemo umquam, ignominia notaretur? ut senatus is, qui in eam iam benignitatis consuetudinem uenit, ut eos, qui bene rem publicam gesserint, non uis honoribus afficiat, & numero dierum, & genere uerborum; huius unius litteris nuntiantibus non crederet, postulantibus denegaret? Et Phil. xiv. **FORIS** ualde plauditur & Foris, est in uulgo, ut in epistola ad Lentulum: Cum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. Plauditur autem, senatu, quia fecerit, quod antea numquam, ut allatis & prouincia litteris non crederet, ijs, quibus rem a se feliciter gestam Gabinius significauerat. **ELXPRI*s* iudicium** & sincerum illud est ac simplex iudicium senatus: nihil in eo gratiae meae tribuit. **POSTRIDIE** & non video, si uerus est Macrobius, qui potuerit postridie idus agi de agro Campano, in senatu, cum omnes dies postridie Kalendas, nonas, idus, decreto pontificum atri fuerint. **De agro Campano actum** & ex eo senatus consulto, quod non. Apr. ex Ciceronis sententia factum erat. de quo sunt haec in epistola ad Lentulum. Quin etiam, Marcellino & Philippo cos. non. Apr. mihi est senatus assensus, ut de agro Campano, frequenti senatu, idibus Maii referetur. **AQVA haeret.** & quam in partem me dem, quid sententiae dicam, incertus sum. dum a clepsydris, in quibus non semper fluebat aqua, sed interdum haerebat immobilis. sic haerebat Cicero, dubius animi, quid ageret, utrum agri Campani uentionem probaret, quod uidebatur e rep.; an Pompeio, de se optime merito, gratificaretur, qui diuidi potius agrum illum suis ueteranis militibus uoluisset; qui etiam Vibullium ad Ciceronem miserit cum mandatis, ut integrum sibi de causa Campana ad suum redditum referuaret. quod ita a Cicerone esse factum, aperte constat: quia scribit ad fratrem, non esse actum idibus de agro Campano. **ILLUD** scilicet & expono, scilicet, circlicet: ut ab eo, Illud, regatur. Sic Terentius, Scilicet facturum, pro, scire licet. **CENABIS** & forte scripserat Quintus, qui erat in locis urbi admodum propinquus, se esse post cenam Romam iturum. Cicero, qui prae fratri uidenti desiderio moram illam non ferret, Aduola, inquit: nimirum cenabis, cum ueneris.

Marcus S. D. Quinto Fratri. 8.

PLACITVRM tibi esse librum meum suspi- profectus, multa nocte cum Vibullio ueni ad Pompe-
cabar: tam ualde placuisse, quam scribis, ualde gaudem: cumq. ego egisset de istis operibus, atque inscri-
gaudeo. Quod me admones de non curantia, suadesque, ut meminerim Iouis orationem, quae est in extremo il- ptionibus; perbenigne mihi respondit; magnam spem at-
libro: ego uero memini, & illa omnia mihi magis tulit, cum Crasso se dixit loqui uelle; milibique, ut idem
scripsi, quam ceteris, sed tamen postridie, quam tu es facerem, suast. Crassum consulem ex senatu domum
reduxi: suscepit rem; dixitq. esse, quod Clodius hoc
tempore

SS 2 tempore

tempore cuperet per se, & per Pompeium consequi: putare se, si ego eum non impedirem, posse me adipisci sine contentione, quod uellem. totum ei negotium permisi, meq. in eius potestate dixi fore. interfuit huic sermoni P. Crassus. adolescentis nostri, ut scis, studiosissimus. illud autem, quod cupit Clodius, est legatio aliqua, si minus per senatum, per populum, libera, aut Byzantium, aut Brogitarum, aut utrumque. plena res numerorum, quod ego non nimium labore, esiam si minus assequor quod uolo. Pompeius tamen cum Crasso locu-

tus est. uidentur negotium suscepisse. si perficiunt, op-time: si minus, ad nostrum Iouem reuertamur. Ad III. id. Mai. S. C. factum est de ambitu in Africam: sententiam; quam ego dixeram, cum tu adesse, sed, magno cum genitu senatus, consules non sunt persecuti eorum sententias, qui Afrani cum essent assensi, ad dederunt, ut praetores ita crearentur, ut dies LX. privati essent. eo die Catonem plane repudiariunt. quid multa? tenent omnia, idq. ita omnes intelligere uolunt. Vale.

EXPLANATIO

Cn. Pompeio Magno,
M. Lycinio Crasso,

COS.

LIBRVM MEVM 3 hic liber, quo erat in extremo Iouis oratio, qui fuerit, ignoratur. de his certe, qui existant, nullus est, in quo Iupiter loquatur. crediderim, fuisse poema, nam, inducere Iouem loquenter, poeticum quiddam est, non oratorium, ac forte intelligendum est de uersibus illis, quibus acta consulatus sui persecutus est, mihi enim uenit in mentem cogitanti, Iouis in personam optime conuenire tres illos uersus, qui sunt in ad Atticum epistola 111. libri 11.

„ Interea cursus, quos prima a parte iuuentae,

„ Quosq. adeo consul uirtute animoq. petisti,

„ Hos retine, atque auge samam, laudesq. bonorum.

idq. uidetur illa oratio confirmare, quea Sallustii nomine in Ciceronem inscribitur. Quid ego, inquit, plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omnes artes docuit, Iupiter optimus maximus in concilio deorum admisit. ut Ciceronem Iupiter, admisum in concilium deorum, illa fortasse oratione, qua de nunc ad fratrem scribit, sit allocutus. De non curantia 3 rara uox, & fortasse singularis, Curantia. itaque uidetur mihi, ceteris, opinor, item, duriuscule posita: tametsi, quae pariter definant, aliam uocum exempla non desint, ut uigilantia, iactantia, arrogantia, atque etiam negantia, sed si, quia similia in usu multa sint, eam tueri uolumus: cuius tamen teretes aures, rotundaeq. sint, is, non video, qui ferre possit negantem illam particulam, quae antecedit, dixit quidem alibi Cicero, non corpus, cum exprimere ueller. ασωματος: ut eadem forte licentia non curantiam pro ασωματος dixerit. MIHI magis 3 ut meae uitae rationem ad eius orationis, quam Iupiter habet, quasi normam instituerem. Sed tamen ita loquimur interdum, cum, omisso, qui erat institutus, sermone, nouam aggredimur narrationem. non enim est hic, Sed tamen, ea sententia usurpatum, ut indicet contrarium aliquid iis, quae iam dixit. POSTRIDIE quam tu es profectus 3 redierat Quintus e Sardinia superiore anno paullo post idus Maias, ut est supra in epistola, O litteras: hoc est, anno iam peracto. nam haec epistola scripta est post 111. id. Maias cum in extrema de senatus consulto 111. id. Mai. facto mentionem fieri uideamus. rursus igitur Quintus Roma discesserat. VIBULLIO 3 Rufo, Pompeii studiosissimo, eiusdemq. praefecto fabrum, epistola longa ad Lentulum, ad Atticum saepe, & Caesar libro 1. de bello ciuili. OPERIBVS 3 uidentur eiusmodi res fuisse, quae fieri sine publica consensione non posset. itaque dabat operam Cicero, ne Clodius aduersaretur, & ut Pompeio, Crassoq. adiutoribus uteretur. opera uero ipsa, atque inscriptio-nes, de quibus laborabat Quintus, crediderim significari in epistola 1. libri 111. ubi mentio de Telluris aede fit. nam ad eam aedem fieri quiddam, atque inscribi, suo uidelicet nomine, Quintus nolebat. id curauit Cicero, ut scribit ipse in eo loco, diligenter: statuam etiam fratri locauit. PER Pompeium 3 cum quo in gratiam anno proximo redierat, concessionemq. acerbissimam in Marcellinum consulem, Pompeii Crassiq. conatus obstantem, habuerat. Di libro xxxix. P. CRASSVS 3 Marci consulis filius, eloquentiae cumprimis deditus; qui, lege Clodia promulgata, cum Romanae iuuentis uiginti fere milibus uestitum Ciceronis causa mutauerat. Plutarchus. LEGATIO libera 3 hac utebantur, qui sui negotii causa, ut exigendae pecuniae, uisitandi templa deorum, abesse diutius uolebant. alioqui senatoribus per leges non licebat. erat autem ex hoc genere uotiuia legatio, nam ad Atticum epist. 18. l. 2. Libera, inquit, legatio uoti causa datur. harum legationum definitum fuisse tempus, lege a C. Caesare lata, ostenditur his uerbis in epistola ad Atticum 11. libro xv. Et habent, opinor, liberae legationes definitum tempus lege Iulia; nec facile addi potest. ante legem Iuliannum fuisse tempus lege ea, quam hic noster tulit in consulatu, ipse declarat libro 111. de legibus. Hoc, inquit, genus legationis ego consul, nisi mihi leuisissimus tribunus pl. intercessisset, sustulisset: tamen minni tempus, & quod erat infinitum, annum feci. ita turpitudo manet, diuturnitate sublata. quo in loco liberas legationes, quasi turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut republica dignas, multis uerbis exagitat. Nomen autem liberae legationis inde ortum uidetur, quod, introire in urbem, & rursus exire, libera

beram legatione habentibus liceret, quod in ea ipsa, quam proxime nominaui, ad Atticum epistola declaratur. ceteri porro honores, qui extra urbem gererentur, ingredientibus in urbem deponebantur per populum & dandarum legationum ius ad senatum pertinebat. Clodius, si per senatum non posset, confugere ad populum cogitabat. id homines populares facere solitos esse, ut Caesarem de prouincia, Vatinium de legatione, animaduerti. BYZANTIUM, aut Brogitarum & ut a Byzantijs, quod eos tribunus pl. ab exilio sua lege restituerat; a Brogitato autem, quod eum Matris Magnae templo praefecrat, promissam pecuniam exigeret. ideo subiungit Cicero, Plena res nummorum. hac utraque de re satis aperte in oratione pro Sextio. Lege, inquit, tribunicia Matris Magnae Pessinontius ille sacerdos expulsus, & spoliatus sacerdotio est; fanumq. sanctissimarum atque antiquissimarum religionum uenditum cum pecunia grandi Brogitato, impuro homini, atque indigno illa religione, praesertim cum eam sibi ille non colendi, sed uiolandi cauissa appetisset: reducti exsules Byzantium, condemnati tum, cum indemnati ciues e ciuitate ejiebantur. & pro domo sua: Idem tu una lege tulisti, ut Cyprus rex cum bonis omnibus sub praecone subiiceretur, & exsules Byzantium reducerentur. in ea uero de aruspiciis responsis, Quid ego, inquit, id admiror, qui, accepta pecunia, Pessinuntem ipsum, sedem domiciliu[m]q. matris deorum, uastaris, & Brogitato Gallograeco, impuro homini, ac nefario, totum illum locum, fanumq. uendideris? Et, quod ad Byzantios exsules attinet, negotium illud, tradit Plutarchus, M. Catoni a Clodio esse commissum, ut eo diutius, dum eos lege Clodia, hoc est iussu populi restitueret, ab urbe abesset: quo scilicet ipse magis ad libidinem suam, Cicerone expulso, Catone amandato, rem p. ue xare posset. exundi igitur Clodio cauissa erat, ut syngraphas persequeretur suas. unde in ea de aruspiciis responsis, Deiotarus, inquit, est rex iudicio senatus, per nos: Brogitarum putabo regem, si habuerit, unde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti. Quod autem legitur, Aut Brogitarum, uix puto Latine dictum, cum hominis nomen sit, non loci: ideoq. particula, ad, uidetur addenda. A v t utrumque? uel, Vt roque, ut ad legationem referatur, malum legere: uel, si, Vt unque, retinemus, ad uerbum, cupit, accommodetur. Q uod uolo & de operibus, & inscriptionibus, Ad nostrum Iouem & ut ea, quae Iupiter in extremo illo libro praecepit, obseruemus. AD 111. id. Maij & quam multa peccauit incuria librarium. hoc & quae usque ad extremam epistolam sequuntur, recte nunc atque ordine sunt impressa in nostris libris, ijs, quos proxime edidimus. ceteris in omnibus, quotquot ad eam diem exierant, cum aliae partes erant praepostere collocatae, tum haec ipsa, quae nunc tractamus, quae Pompeio & Crasso cos. Scripta esse facile cognoscitur, coniuncta legebantur cum ea epistola, cuius initium est, Dederam ad te: quam eo scriptam, anno, quo Marcellinus & Philippus consulatum gesserunt, satis iam, cum eam exponeremus, probauimus: ut una epistola duobus annis perscripta uideretur. hoc uitium cum haec nemo animaduertisset, deprehendi statim, nec ita magno negotio, cum ad huc locum interpretando, peruenisset, uerus enim hoc nostrum est in exponendo, ut, cum aliiquid, quod ad historiam pertinet, occurrit, illico reuocemus id ad temporum rationem; ne quid de nostro tantum sensu litteris temere mandemus. temporum autem ratio certissima est, annorum per consules consideratio, quae mihi saepe res, incredibile est, quantas ad uidendam ueritatem fenestras aperuerit, quantosq. eadem patescerit aliorum errores, qui, genus hoc diligentiae aut, tanquam nimis laboriosum, refugientes, aut, quasi leue, contemnentes, ea suos in libros retulerunt, quae satis magnam reprehendendi studiosis hominibus materiam praebeant. De ambitu & eorum magistratum cauissa, quos proxime creati oportebat. ij praetores erant. nam consules ex interregno creati iam erant Pompeius, & Crassus. qui cum id spectarent, quod etiam consecuti sunt, ut, potentibus praeturam M. Catone, & P. Vatinio, Catoni Vatinius, integrerimo cui omnia nequissimus, anteferretur; neque id se posse obtinere sine ambitu sperarent; cauere sibi a legibus uoluerunt, senatusconsulto facto, ne, qui praeturam per ambitum cepisset, ei propterea fraudi esset. nimis hoc improbum atque iniquum uideatur, sed patet ex Plutarcho in Catone Vticensi his uerbis: οὐ δὲ κατούσθε σεῖσθε, ὡς τῆς σπετηλας αἰξιομέχου διὰ κατατάσθαι τὸν υπάρχειν, καὶ τῶν πολλῶν ἀγονούγατων, βουλὴν σωματικούρτες, ἐψηστάστο. τούς αἱ φεδέντας σπετηλούς & θύες ἀρχιν, καὶ μὴ διελατόντας τὸν γόμφον χρέον: ἐπείτα διὰ τοῦ Ἀντίστατος τὸ διδύλυον δίστατον θιανον κατατάσθαι ταῦτα, καὶ φίλους ἐπὶ τῆς σπετηλας προστήνον, αὐτοὶ μὲν δούτες ἀρχιντον, αὐτοὶ δὲ ταῦς Ἀντίστατος εργαζόντες. & in Pompeio: τὸν κατατάσθαι τοῦ διδύλου σπετηλούν αἱρουμένου, καὶ τὴν Ἀντίστατον επισφέροντος, πομπαῖος ἔνυστην επελάστην σινογόνον αἴτιο μένος, ἀγτίαν δὲ, καὶ Αfranios αἴνιγμάρευσαν, προρυπτώδεις ταῦλας διεσθίαντες. est igitur hoc senatusconsultum non, ut alia, contra ambitum, sed pro ambitu. quod etiam inde fit aperiens, quia factum est in Afranij sententiā. is enim nihil ad uoluntatem Pompeij non administrabat, utpote qui consulatum & eius opera adeptus esset, & eiusdem arbitratu[re] gessisset, ut est ad Atticum, l. i. ep. 14. & 16. addo illud, quod cum epistolam ita Cicero concluserit, Quid multa? tenent omnia; indicat, nihil, contra quam uellent, esse factum. Q uam ego dixeram? non, quam ego dixeram in senatu, non enim eo turpitudinis Cicero uenisset, ut, cum antea consul legem contra ambitum tulisset, idem sententiam in senatu diceret de impunitate ijs danda, qui per ambitum reliquistent, expono igitur, Quam dixeram, de qua tecum locutus eram. CONSULES & Pompeius, & Crassus. Non sunt persecuti & uoluerunt, inquit, discessiōnē fieri a senatu, quo posset intelligi, probarentur nec ne eorum sententiā, qui Afranio &c. id est enim, persecuti sententias, non, singulas omnium sententias rogare. AFRANIO cum essent assensi & hos necesse est non optime animatos in rem p. uisse, qui Afranij sententiam pro ambitu dictam secuti sint, id tamen argumentū uideatur mentis non omnino pessimae, quod addiderunt, ut praetores ita crearetur, ut dies LX priuati essent; eo nimis consilio, ut accusare uolentibus eos, qui per ambi-

tu[m]

tum praetores creati essent, spatium daretur. nam, si praeturam protinus inijsent, accusandi locus non fuisset. non enim eos, qui essent in magistratu, licebat postulare. sed consules hoc non latuit: itaque persequi sententias eorum noluerunt. scriptumq. est illud in senatusconsulto, quod supra posuimus, *τούς αἱ πρετούς σπάτνγοὺς δὲ θύες ἀρχεῖν.* neque uero quisquam miretur, mense Febr. de creandis praetoribus, agi, qui mense Quintili, post uē designari soliti essent. nam ita producta comitia erant, ut anni parte ī exacta, quo anno geri praeturam oportuisset, praetores tamen creati non dum essent: itaque dicit, Creantur; cum designandi tempus abijset. DIES LX. 3 si recte atque ordine ageretur, non LX. tantum dies, sed menses quinque, eq. amplius, priuatos esse opōrtebat. Quintili enim fere mense designabatur magistratus. REPUDIARVNT 3 Consules Pompeius & Crassus. nullam enim eius uidentur habuisse rationem, cum senatusconsultum pro ambitu fecerunt, uel potius, quia nomen eius, praeturam petens, recipere noluissent: primum, quod uir optimus Cato, hoc est Pompeij Crassi, improbis conatibus aduerfarius: deinde, quod L. Domitio Aenobarbo affinitate artissime coniunctus. eius enim sororem, quod ex Plutarcho liquet, Domitius habebat in matrimonio. Domitium porro consulatu deiecerant, cum legitimus eius esset annus, Pompeius & Crassus.

Marcus S. D. Quincto Fratri. 9.

TV metuis, ne me interalles? primum, si in isto essem, tu scis quid sit interpellare. ante Ateius? mehercule mihi docere uideberis istius generis humanitatem: qua quidem nibil utor abs te. tu uero ut me & appelles, & interalles, & obloquare, & colloquare, uelim: quid enim mibi suauius? non mehercule quisquam πουτωταταξτος libentius sua recentia poemata legit, quam ego te audio quacunque de re, publica, priuata, rustica, urbana. sed mea factum est iuisa uercundia, ut te proficisciens non tollerem, opposuisti semel αὐτίοντας causam, Cicronis nostrī ualeitudinem, conticui. iterum Cicerones: quieui. nunc mibi incunditat is plena epistola hoc aspersit molestiae, quod uideris, ne mibi molestus es, ueritus esse, atque etiam nunc uereris, litigarem tecum, si fas esset. sed mehercule istuc si umquam suspicatus ero, nibil dicam aliud, nisi uerebor, ne quando ego tibi, cum sum una, molestus sim. video te ingemisse. sic fit. εἰδέ τι, αὐτὸς εἰς: numquam enim dicam, εἰ πάσας. Marium autem nostrum in lexicam mehercule coniecisem, non illam regis Ptolemaei. Anicianam. memini enim, cum hominem portarem ad Baiae Neapoli offophoro Aniciano, machaerophoris centum

sequentibus, miros risus non edere, cum ille, ignarus sui comitatus repente aperuit lexicam, & paene ille timore, ego risu corrui, tunc, ut dico, certe sustulisse, ut aliquid subtilitatem ueteris urbanitatis, & humanissimi sermonis attingerem. sed hominem infirmum in ullam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc, iniuitare nolui. hoc uero mibi peculiare fuerit, hic etiam isto frui. nam illorum praediorum scito mibi uicinum Marium lumen esse. Apud Anicium, uidebimus, ut paratum sumus enim ita philologi sumus, ut uel cum fabris habitu possumus. habemus hanc philosophiam, non ab Hymetto; sed ab area Syra. Marius, ualeudinem est, & natura imbecillior. De interpellatione, tantum sumam a nobis temporis ad scribendum, quantum dabitis. utinam nihil detis; ut potius nostra iniuria, quam ignavia mescestem. De rep. nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse, quam Philo Etet; qui, accepta iniuria, illa spectacula quaerebat, quae tibi acerba esse video. amabo te, adiula, confortabor te, & omnem abslergebo dolorem. & adhuc, si me amas, Marium; sed appropria te, hortus domi est. Vale.

EXPLANATIO

Ijsdem consulibus.

IN ISTO 3 scripsérat Quinctus ad Marcum, ideo se non exisse cum ipso, ne quando eum interpellaret. Marcus ita: Si in isto essem, quod tu scribis, ut tu me posses interpellare, ut mihi occupato mis interuentus ullo modo molestus esset: sane, ut hac afficeret molestia, numquam accideret. tu enim, qui quid sit interpellare, optime nosti; nihil aliud, inquam esse, quam intempestiuē aliorum occupationibus interuenire; numquam ad me, nisi tempestiuē, accederes: ne, quod esse uitium scis in hoc genere, in illud incurres. deinde uolo tibi hoc licere apud me, ut nulla temporis, aut occupationis meae ratione habita, cum libet, & quoties libet, appelles me, interalles, obloquare, colloquare. AN TE ATEIUS? ita mihi numquam esse molestus potes, quemadmodum nec tibi Ateius. AN TE ATEIUS, inquit, interpellat? aut interpellare potest? minime. itidem nec tu me: quando quidem, ut ille, ita tu scis, quid sit interpellare, & importuni numquam estis. ISTIVS GENERIS 3 gerius enim quoddam est humanitatis, cum ad eos, quos amamus, arbitratū nostro, qua uolumus hora, libere accedimus. quod, inquit, tu cum faceres, humanitatem docere quodam modo uidebaris. nunc autem, quando tibi uenit in mentem timere, ne me interalles, hac humanitate te magistro non utor, sed quod ea, mihi uel sine tuo exemplo, nota est, & placet ipsa per se. TV uero 3 dixerat, primum; subiungendum erat, deinde, id, ut interdum solet, omittit; sed ijs uerbis uititur, quae, si sententiam spectes, idem praestant. Primum, inquit, si huius uerbi, interpellare,

pellare, nūm attendimus, tu me numquam potes interpellare. quod enim uitium interpellatio significat, id tu, cui notum est, nitares, cum ad me nūquam ires, nisi oportune. deinde, etiam si tu, quid es et interpellare, non teneres, me tamen uellem, qui meus est in te amor, & appellares, & interpellares, magis, cū tua uoluntas ita ferret, quam cum mea postularet occupatio. *Mousoñataylos* 3 subito musarum furore percitus: cuiusmodi homines fundunt illi quidem, pede in uno stantes multas uersuum cētarias, eas tamen, quas, animo se datiore qui sunt, ne semel quidem possint perlegere; ipsi tamē sua poemata, praesertim illico postquam ediderunt, immoderate ac stulte nimis amant. *INVISI* 3 quam ego nunc odi, cum eius cauſa factum intelligam, ut te ab urbe discedens, nō asportauerim, eadem scilicet, qua uectus ego sum, lectica; tibiq., qui antea huius generis humanitatem colebas, occasionem dederim de interpolatione metuendi. Mouet me, quod ueteres libri pro, inuisa, habent, infusa. qua ego in dictione ut me diu torserim, &c, ut ille inquit, labrum saepe momorderim, assequi tamen ingenio nihil potui, quod probarem. non enim, quae huic uocabulo, infusa, subiecta res est, ea certe (aut ego prorsus fallor) in hac sententia locum habet. inuisa uero neque longe distat ab, infusa, & cum sententia uidetur optime congruere. *Απτεκτον* 3 placet, quod video scriptum esse in Bessarionis libro, *Απτεκτον* hoc est, adducta contra uoluntatem meam. ita, cum habemus ex antiquo libro, quod sententiam satis aptam continet, coniecuris meliora querere non debemus. *CICERO* *is nostri* 3 filij tui. *ITERVM* ceteri omnes 3 Iterum cum excusares te, quia mecum non ires, hoc attulisti, quod domesticorum omnium cauſa tibi manendum esset. *SUSPICATVS ero* 3 non modo si tu dixeris, te uereri, ne mihi molestus sis; sed etiam, si, hoc te animo esse, suspicione assequi potuero: nihil equidem propterea dicim; te tamen pari ulciscar uia. ueſebor enim, &c. *Sic sit* 3 sic ulciscor eos, a quibus lacelorum immerito. *νόσησεν οὐδὲν* 3 exemplum graecae sententiae cum utitur Cicero, fere aut prima tantum attingit uerba, reliqua, tāquam nota, praetermituit; aut ita totum recitat, ut aliqua tamē mutatione ad id, quod sibi propositum est, accommodet. utriusque generis plena sunt epistola, hic singula uerba quid ualeant, nemo est, qui non uideat. quid omnia simul spectent, mihi quidem obscurum est, quod si, quonam ex poeta (certe enim haec a poeta aliquo uidetur Cicero mutuatus) sumpta essent, tenerem; facile, opinor, esset sibi quid uellent, assequi. nunc, quia locum ignoramus, uel quod non exstet, uel quod aliquando cognitus, memoriam nostrā effugit; affirmare de sententia certe nihil licet. nec placet inani conjectura nubes & inauia captare. *MARIUM autem nostrum* 3 cum, ad quem scribit libro v 1. epistolarum, ut uulgo appellant, familiarium, hominem incommoda ualerudine, litterarum studio deditum. Scripscrat Quinctus, libenter Marium quoque fuisse exiturum cum Marco, si esset inuitatus. cauſam, cur eum protiscens non sustulerit, confess Cicero tum in ipsis infirmam ualeitudinem, tum etiam in nullam apertam, ac ne rudem quidem. *CONIECTISSEM* 3 uerbi tralatio quiddam habet ad suam fruendi Marij cupiditatem indicandam. *REGIS Ptolemaei* 3 quam Ptolemaeus, Aegypti rex, qui a suis ciuibis electus, Romae aliquamdiu fuit, Anicio dono dederat, uni fortasse de suis creditoribus. *OCTOPHORO* 3 quem oīto serui gestarent, quod ipsum regiam potius, quam priuati hominis lecticam arguit fuisse. *ANICIANO* 3 de quo mihi Anicius commodauerat, & est is, de quo paullo post. *MACHAEROPHORIS* 3 machaera uidetur fuisse, quam nunc Ipatham appellant, certe uagina condi solitam. iocus apud Plaurum paullo obscenior demostrat. *CENTVM* 3 non puto, Ciceronem huiusmodi comitatuſe uolum, uix hoc Milonis, aut Clodij infaniae tulissent, ac, si Ciceronem feciſt, non extimulſet Marius, quasi ad aspectum nouae rei. crediderim igitur, casu contigisse, ut eadem uia post octophorum Anicianum sequerentur illi machaerophori, quibus uisis, Marium, qui non animo minus, quam ualeudine, eset in firmis, hominum & machaerarum subita species perterritum, paene corruisse. *TUNC* 3 forte uerius, hunc: de quo scilicet locuti sumus. facit enim hoc Cicero, cum de aliquo aggressus dicere, de eodem aliquid a re tamen proposita sciunt&tum, interpnit: ut supra, cum de C. Catone tribuno pl. orsus eset dicere, deinde interpnuit quiddam de familia uendita, rursus ad id, quod cooperat, reuersus, hoc utitur loquendi modo: Hunc igitur Catonem Lentulus a legibus removit. *SUBTILITATEM* 3 acumen. *VETERIS urbanitatis* 3 ueterum sales magna ex parte amissos esse, alibi quoque Cicero conqueritur. Hoc nero mihi peculiare &c. 3 Peculiaria nostra sunt, quae a nobis proprie possidentur, sic, ut ad neminem praeterea neque possessio, neque fructus pertineat. Hoc nero 3 quod si, inquit, Marius tecum uenturus est, ut significas; mea erit haec propria suauitas, mihi nullo cum homine communis, ut homine ingeniosissimo, atque humanissimo Mario ubi que fruar, non modo in illis praedijs, quorum ille, mihi uicinus, quasi lumen est, uerum etiam hic, ubi nunc aedifico. *Isto* 3 qui tecum uenturus uidetur, Mario. *ILLORVM* 3 quae tibi nota sunt in agro Pompeiano: ubi uillam Marij fuisse, patet ex epistola 3. ad ipsum, fam. lib. 7. *LVMEN* 3 luminis loco; aequa gratum, ac lumen ipsum, nam, quae lumine carent, loca, iocunditatis habent minus, quam quae Sol illustrat. *PARATVM sit* 3 Marij cauſa; ut sit, ubi homo infirmus commode excipiat, nam ego ita sum philologus, hoc est, ita litterarum studiosus, ut mollis tamen minime sim: quales fere sunt, quos librorum consuetudo tenet. possum, inquit, uel cum fabris habitare. non enim mea philosophia luxum, & uoluptatem, & mollitiam sequitur, ea me, non oblectauit in Hymetto, monte Atticæ amoenissimo, sed in area cum seruis Syris, qui aedificant, duriter exercuit. Iocatur, cum se philosophari in area, hoc est, suum studium in fabris exercendis ponere significat. *AREA Syra* 3 in qua serui Syri opus faciunt. *De interpellatione* 3 ad epistolac partem respondet, in qua scripscrat Quinctus, futurū, ut ipse & Marius eum, quam minime possint, interpellarent. *De rep.* 3 hoc uiderut dicere. Philoctetes, ille Herœulis comes, accepta a suis ciuibis, hoc est, a Graccis, iniuria, cū in Lemno insula destitutus es,

est, execrabantur eos, a quibus eam iniuriam immerito tulisset. tu contra; cum eos ciues, qui nos indignis simis & iniquissimis modis vexarunt, doles tamen non optimo in statu esse, mutuis discordijs agitari, hoc animo te esse, mihi, inquit, molestum est. uellem, Philocleten imitareris. De Philoclete, in Lemno Graecis Troiam proficisceribus derelicto, exstat Sophoclis tragœdia. **ILLA spectacula** § calamitas, & miseras suorum ciuium grauissimas. **CONSOLABOR** § quasi praefens remedium manu teneat, ita pollicetur: credo, quia significet, facile esse, rationibus Quinctio ostendere, quam sine causa doleat. **HORTVS domi** est § Ruri uicinitas horti requiritur maxime: ut sit, non modo quo opsonia condamus ad suauitatem, uerum etiam quo languentem stomachum quarundam herbarum acrimoniam extiterimus. Hortensia, inquit, non longe petemus.

Marcus S. D. Quinctio Fratri.

10.

EPISTOLAM hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. nam res quidem ipsa, & is dies, quo tu es profectus, nihil mibi ad scribendum argumenti sane dabat. sed quemadmodum, coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet: sic epistolæ nostræ debent interdù alucinari. Tenediorum igitur libertas securi Tenedia præcisa est, cum eos, praeter me, & Bibulum, & Calidium, & Fauonium, nemo defendere. De te magis ab

Sipyllo mentio est honorifica facta; cū te unum dicerent postulationi L. Sextij Pansae restituisse, reliquis diebus, si quid erit quod te scire opus sit, aut etiam si nihil erit, ita men scribam quotidie aliquid. Prid. id. neque tibi, nec Pomponio deerit. Lucretij poemata, ut scribis, ita sunt, multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. sed, cum ueneris, uirum te putabo: si Sallustij Empedoclea legaris, hominem non putabo. Vale.

EXPLANATIO

NON puto hanc epistolam scriptam esse Appio & Ahenobarbo cos. quia, proxima quae sequitur, Ianuario mense scriptam esse constat, aut, suo loco minime collocata. quod si Pompeio & Crasso, scripta est: ne sic quidem suum locum obtinebit. nam eam, quae ante proximam legitur, post i.v.i.d. Mai. scriptam uidemus: haec porro ante pridie id. Apr. Quare siue Pompeio & Crasso, siue Appio & Ahenobarbo cos. est data; non est ad ordinis rationem constituta. crediderim tamen scriptam esse potius anno Pompeii & Crassi: quia, si anno Appij, & Ahenobarbi scripta esset, absque dubio de itione Quincti ad Caelarem mentionem aliquam fecisset; cum ad paucos dies ad eum Quinctus profecturus esset? nam Ariminum Quinctum fuisse mense Maio, hoc est, in Caesaris prouincia, legimus infra. **CONVICIO** § acriter: quasi conuiantum morem referrent, cum litterarum officium, diutius iam desideratum, Ciceroni exprobarent: sic in epistola, quae sequitur proxima, conuicio, dixit, pro querela satis libera, minime tamen pro conuicio. **CODICILLI** § scriptorum genus in ceratis tabulis, quo ueteres utebantur, ubi properanter aliquid, ac breuiter, quod instar epistolæ non esset, exarare cogitarent: ut apud amicum in cena, foris, in itinere, uel naui, si charta praefecto non esset. dabant deinde amanuensi, ut descriptæ inde litteræ mitterentur. interdum etiam ipsos mittebat codicillæ. quod haec ipsa ad Quinctum epistola perspicue probat. non missos uerba illa ad Papirium demonstrant: Accubueram hora nona, cum ad te hau exemplum in codicillis exaranui. **NAM** res quidem ipsa § ideo cōmisi, ut tu me de scribendo urges, quia neque res ipsa, de qua scire aliquid uelles, neque omnino ulla de re dies is, quo tu es profectus, argumèti quidquam dabat. **DEESSE** non solet § cum res tamen certa, de qua sermo fit, nobis deest. **ALVCINAR** § certa re non proposita loqui, huc illuc errantium more ferri, est enim alucinari, aberrare, non consitire, ut ait Nonius: & ab ἀλύτῳ deductum, scripsit Cloatus Verres. propterea sine aspiratione, unicoll, scribi debet: & in hoc antiquus item Bessarionis liber consentit. **TENEDIORVM** § peritum est a legatis ex insula Tenedo missis, ut Tenedij suis legibus uiueret. negatum. potius enim censuit senatus, ut eadem condicione, qua ceteri in prouincia populi Romani, teneretur, hoc est, ut legibus a populo Romano aut a prouinciali magistratu datis ueterentur. **SECVRI** Tenedia § iactu uehementi; cum uniuersus se re senatus contra Tenediorum libertatem consentiret. & securi Tenedia, cum dixit, quasi quodam ioco allusit ad ueterem illam siue fabulam, siue historiam de Tenne rege, a quo insula nomen accepit; qui leges sanxit, si quis adulterum deprehendisset, ut eum securi interficeret: idq. seruauit ita diligenter, ut etiam de filio suo deprehenso interrogatus, quid fieri oporteret, respondisse dicatur; id fieret, quod lex iuberet. inde datus locus prouerbio de Tenedia securi, in ijs rebus, quae praeciduntur. Heraclides. οὐ πολιτεῶν. **BIBVLVM** § Marcum, C. Caesaris in consulatu collegam. **CALIDIVM** § Marcum, oratorem dulcem potius, quam uehementem; qui prætor in Cicerone restituendo diligenter opetam nauit. in Bruto, & oratione post redditum in senatu. **FAVONTVM** § Marcum, Catonis amicum, & aemulum in tuenda libertate, atque insestanda paucorum potentia, imperfectum post obitum Caesaris triumvorum iussu, Suetonius tradit. Et ordine Bibulus, Calidius, Fauonus, habita dignitatis gestorumq. magistratum ratione, nominantur. nam Bibulus consularis, Calidius prætorius, Fauonus necdum aedilius, quod in Catone scriptum est apud Plutarchum. **DE TE** § quia Tenedum & Sipylum Quinctus, c̄ esset in Asia pro prætore, triennio ante rexerat. Sypili aut̄ legati potius, quam Tenedi, Quinctum in le nau

natu laudarant. **V**NVM 3 in eo consilio, ubi de Sextij postulatione deliberatum est. PANSÆ 3 postulantis aliquid, opinor, pro publicanis contra Asiaticos, quod ei concedi, ius non esset, nam inter prouinciales & publicanos uectigalium cauſa numquam defuit contentio. **N**EQUÆ tibi, neque Pomponio deero 3 forte, ut communem utriusque rem in aliqua cauſa defenderet. **P**OEMATA 3 si de ijs, qui nunc extant, Lucretij uersibus intelligit; non uidetur, Poemata, satis proprie dixisse. poeticam enim, definit Aristoteles, imitationem esse. at in opere suo (de eo, quod in manibus est, loquor) non imitatur Lucretius, sed ipsam rem, ut est, ita docet. eadem oratione Empedoclem, qui uersibus de rerum natura scripsit, Aristoteles idem esse poetam negat. uerum alia praeterea, quae fortasse poemata recte possent appellari, scripsit Lucretius: quod ex Varrone, Carisio, alijs colligitur. aut puta Ciceronem, etiam si definitione Aristotelis teneret, uoluisse tamen cum populo, quod e uersibus constaret, id poema nominare; item ut tribunatum pl. & ipse & Luius magistratum appellant; quem tamen non esse magistratum, Plutarchus *τόπος τέλος προβλημάτων* multis probat argumentis. etiam in Oratore, non se rationem, sed consuetudinem in loquendo sequi, tradidit his uerbis: Vsum dicendi populo concessi, scientiam mihi reseruavi. **V**t scribis, ita sunt, 3 ciuſmodi sunt, qualia tu scribis esse, multis illa quidem ingenij luminibus, multis tamen etiam artis, quibus uerbis plus in Lucretio declarat ingenij, quam artis, esse. quod sane hi quoque ipsi, qui ad nostram aetatem peruenenterunt, sex illius libri satis indicant. **H**OMINEM non putabo 3 forte scriperat Quinctius, redditum se esse in urbem, cum legisset ea, quae Sallustius Empedocleo more uersibus tractauerat, eam morandi cauſam M. Cicero reprehendit. Virum, inquit, te putabo, cum ueneris: si Sallustij Empedoclea legeris, hominem non putabo. Laudis enim est, uirum uocari; hominem, non item. quia, etiam in quibus nihil laudes, homines tamen sunt; qui uero de hominibus ipsis excellunt, viros cum laude nominamus. itaque in Bruto, Vidi, inquit, Mitylenis uitum, & nidi plane uitum. & ad Att. epist. 15. lib. 5. O uitum, o ciuem Memmum. & apud Terentium in Hecyra: Tu uitum me, aut hominem deputas adeo esse?

Marcus S. D. Quinto Fratti.

II.

GAUDEO tibi incundas esse meas litteras, nec tam
men habuisssem scribendi nunc quidem ullum ar-
gumentum, nisi tuas acceperissem, nam prid. id. cum Appius
senatum infrequentem coegeret, tantum fuit frigus,
ut populi coniicio coactus sit nos dimittere. De Com-
mageno rege, quod rem discussoram, mirifice mibi &
perse, & per Pomponium blanditur Appius, uidet Ap-
pius, uider enim, hoc genere dicendi si utar in ceteris,
Februarium sterilem futurum, cumq. lusi iocose satis:
neque solam illud extorsi opidulum, quod erat positiū
in Euphrate, & Zeugmate; sed praeterea togam sum
eius praetextam, quam erat adeptus Caesare consule,
magno hominum risu cauillatus. Quod nolit, inquam,
renovare honores eosdem, quo minus togam praetex-
tam quotamis interpollet. decernendum nihil censeo.
nos autem homines nobiles, qui Buſrenum praetexta-
tum non serebatis, Commagenum feretis? genus uides,
& locum iocandi. multa dixi in ignobilem regem; qui-
bus totus est explosus. quo genere commotus, ut dixi,
Appius, totum me amplexatur, nihil est enim facilis,
quam reliqua discutere sed non faciam, ut illum offendam;
ne imploret fidem Louis hospitalis, Graios omnes

conuocet, per quos mecum in gratiam rediit. Theopom-
pos satias faciemus. De Caſare, fugerat me ad te scribere. video enim, quas tu litteras exspectaris, sed ille scri-
psit ad Balbum, fasciculum illud epistolaram, in quo fue-
rat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum reddi-
tum esse; ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam
epistolam. sed ex Balbi epistola pauca uerba intellexe-
rat, ad quae rescripsit his uerbis: De Cicerone video te
quiddam scripsisse, quod ego non intellexi: quantum au-
tem coniectura coſequebar, id erat huiusmodi, ut magis
optandum, quam sperandum putarem. Itaque postea
mis eodem illo exemplo litteras. Iocum autem illius
de sua egestate ne sis aspernatus. ad quem ego rescripsit,
nihil esse, quod posthac arcae nostræ fiducia conturba-
ret: lusiq. in eo genere & familiariter, & cum dignita-
te. amor autem eius erga nos perseruit omnium nun-
cijs singularis. Et litterae quidem ad id, quod exspe-
ctas, sere cum tuo reditu iungentur. reliqua singulo-
rum dierum scribemus ad te, si modo tabellarios tu
præbebis, quamquam eiusmodi frigus impendebat, ut
summum periculum esset, ne Appio suæ aedes urerentur.
Vale.

EXPLANATIO

Ap. Claudio Pulchro,
L. Domitio Ahenobarbo,

COS.

PRIDIE idus 3 Ianuarij, an Februarij, nam pridie idus Ianuarij senatus haberi non pote-
rat, erat n. dies comitialis, ut uetus Romanum Kalendarium significat. pridie autem idus Ianuarij ne-
faltus erat: quo dierum genere senatus habebatur, scripsit autem hanc epistolam idibus, mane, posteaq.
quod idibus est actum, scripsit postridie idus: & quod postridie idus, Lupercalibus. patet ex epistola
sequenti. **P**OPVLI 3 stantis ante fores curiae in Gracostasi, & gradibus. itaque in epistola 1. huius
libri, Eius, inquit, opera repente a Graecostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Ttt CONVICIO 3

CONVICIO³ an Appio consuli populus conuiciu*m* diceret? nihil ne metueret illos fasces, quos in manibus lictorum, ante curiae fores consuli praestolantium, uideret? quid igitur est, Conuicio? clamore, & querela paullo liberiore, sic in proxima, quae antecedit, epistola: Epistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. **C**OMMAGENO³ Antiocho, Commagene rege: cuius regni caput Samosata fuit, in Asia, ci- tra montem Taurum, de hoc rege meminit ep. i. 3. & 4. lib. 15. fam. **R**EM³ petierat, opinor, ut ei regni pos- sessio senatus consulto confirmaretur. idq. uidentur indicare quae proxime sequuntur uerba, de oppidu- lo extorto. **D**ISCVSSERAM³ abieceram: ita contra eum locutus eram in senatu, ut tota res ad nihil reci- deret. discusserat autem, non pridie idus, sed ante, nam pridie idus nihil actum in senatu uideatur. coactus enim consul populi conuicio senatum statim dimittere. **B**LANDITVR³ metu: ne itidē exteris legatis, aut regibus, aliquid a senatu potentibus, obfistam, quod ideo Appius nolle uidebatur, quia, cum aliquid co- rum causa senatus decreuisset, munera mercedis loco, aut etiam paetam mercedem cōsuli, qui ad sena- tu retulisset, dare consuissent, id significant illa uerba, quae sequuntur: Vider, hoc genere dicendi si ut in ceteris, Februario sterile futurum. Hoc genere dicendi³ quo facile cōsequi possum, ut ea, quae pe- tuntur, senatus minime concedat. **F**EVRARIVM³ reliquos Februarij dies, nam epistola scripta est post idus Februarij. Et Zeugmate³ affirmo, Et Zeugmate, Ciceronis non esse: & ut olim in iure solebant, sic ego sponsonem facerem, ni glossema sit, oppidum, n. in Commagene, positum in Euphrate, nullū fuit, praeter Zeugma: de quo Plinius libro naturalis historiae v. sic: Latitudo a Selencia Pieria, ad oppidū in Euphrate Zeugma, clxxv. m.p. & ibidem infra: Oppida alluunt Epiphania & Antiochia, quae ad Euphratem uocantur: item Zeugma, lxxii. m.p. a Samosatis, transitu Euphratis nobile in libro Besla- rionis est, in Euphrate & Zeugmate. **C**AESARE consule³ aut, quia consulatum Caesar solus gesit, Biblio collega domi inclusi: aut, quia Caesar ad senatum retulit de honore togae praetextae Commageno retigi impertiendo. **Q**uod null³ hoc totum quid sibi uelit, non assequor: nec pudebit umquam fateri nescire, quod nesciam: etiā, si cuius me ex his tenebris eduxerit industria, aequa laetabor, ac si, quod nūc quaero, meo ipsius ingenio naetū essem. **D**ECERNENDVM nihil censeo³ ex sententia potentis Commageni, erat autem haec in sententijs senatorijs, ubi nihil nouari placeret, usitata conclusio: Decernendū ni- hil censeo. Sic & Liuus lib. xl. I. Ego, inquit, nihil noui censeo decernendum. **B**VS RHENVM³ regis bar- bari nomen; qui tamen paullo, quā Commagenus, erat nobilior. ei quoque permiserat senatus, ut praetexta, itidem ut magistratus Romani, posset uti; cum nobiles inique ferrent, eo barbaros honore imper- tiri, qui magistratum Romanorum proprius esse deberet. **G**ENVS, & locum³ falsum genus, locum, ma- teriam eiusmodi, in qua dicta dicere facillimum sit. **R**ELIQUA discutere³ ita contra reliquas legationes dicere, nihil ut omnino a senatu obtineant. quod si fiat, eripietur Appio pecunia, quam cupiditate iam ac spe deuorauit. **I**ovis hospitalis³ cum, hospitibus meis, Graecis hominibus, intercedentibus, in gratiam cum eo redierim. **F**VGERAT³ hac tenus in mentem non uenerat, superiora scribenti. **O**PTAN- DVM, quam sfernādūm³ uidetur Balbus ad Caesarem scriptisse, itemq., ut opinor, Caesar ipse; si uellet, Quin etum ad eum iturum, ut operam in bello nauaret, suam eius rei cupiditatem Caesar indicat, cum respon- dit, optandum magis, quam sperandum. Ne sis aspernatus³ ita iocus est, ut serio tamen dictum uideri possit. Scripterat Caesar tale quid: argentum sibi non esse, unde Quintum ditare posset: studium & be- neuolentiam, quaeq. in sua potestate essent, ei non futura. **A**RCAE nostrae³ iocus ioco relatus, si tu, inquit, eges; nos non abundamus, itaque arcae nostrae noli confidere, nam si decoixeris, ego te meis nū- mis tuo acre alieno non expediam. Et est hic, conturbare, pro, decoquere, quo sensu dixit Martialis:

Conturbabit Atlas; & non erit uncia tota,

Decidat tecum qua pater ipse deum.

SINGULORVM dierum³ ita uideatur seculi, nam hanc epistolam scriptis, ut dixi, idibus, sequentem postri- die idus, aliam, quae non exstat, Lupercalibus, alibi aliud significat, ut ostendimus in commentarijs ad Atticum. Vere autem iocus ille Caesaris fuit de sua egestate, uictis, n. saepe Gallis, ex eorum spolijs, & ut- bum direptione uim pecuniae maximam coegerat; ut qui, belli ciuilis initio, uni Paullo consuli talēto- rum M d dono dederit. FERE ckm tuo reditu iungentur³ id est, eo fere tempore proferentur ad te, quo tu reditum ad nos adornabis. **S**VAE aedes urentur³ quod in domo consulis, quo salutandi ac deducendi cauſa quam plurimi conuenirent, caminum esse oportet, faciente frigore, luculentissimum.

Marcus S. D. Quinto Fratri.

12.

R I s i niuem atram: teq. hilari animo esse , & prempo ad iocandum, ualde me iuuat. De Pom- peio, assentior tibi, uel tu potius nibi, nam, ut scis, iam pridem istum canto Coesarem, mihi crede, in sinu est; neque ego discingor. Cognosce num idus. Decimus erat Coelio dies. Domitius ad numerum iudices non habuit, uereor, ut, homo taciter, & ferus, Polla Seruius ad accusationem ueniat, nam noster Coelius ualde oppugna- tur a gente Clodia. certi nihil est adhuc: sed ueremur. Eodem igitur die Tyrijs est senatus datus frequens. fre-

quentes contra Syriaci publicani, uebementer vexatus Gabinius: exagitati tamen a Domitio publicani, quod eum essent cum equis prosecuti. noster Lamia paullo ferocius, cum Domitius dixisset, Vestra culpa haec acciderunt, equites Romani; dissolute enim indicatio: Nos iudicamus, uos laudatis, inquit. actum est eo die nihil: nox diremit. Comitrialibus diebus, quā Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non im- pediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum; & quod Gabinius sanctum sit. etiam cogi, ex kal. Febr. usque

usque ad kal. Mart. legatis senatum quotidie dari. ita putantur detруди comitia in mensem Martium. sed tam bis comitiales tribuni pl. de Gabinio se atturos esse dicunt. Omnia colligo, ut noui scribam aliquid de te: sed, ut uides, res me ipsa deficit, itaque ad Callisthenem, & Philistum redeo: in quibus te video nolutatum. Callisthenis quidem uulgare, & notum negotium, quemadmodum Graeci aliquot locuti sunt. Siculus ille capitalis,

creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides. sed, utros eius habueris libros, (duo enim sunt corpora) autrosque, nescio, me magis de Dionysio delestat. ipse est enim ueterator magnus, & persimilis Philisto. Sed quod adscribis, aggrediaris ne ad historiam: me auctore potes. Et quoniam tabellarios sumministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis, Oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissime.

EXPLANATIO

Ijsdem consulibus.

Rest niuem atram 3 de qua scripsisti. Anaxagorae fuit opinio, niuem atram esse, quod ex aqua fieret, quae nigra esset: incepto ac falso argumento, sed hoc nihil ad hunc locum scriperat forte Quintus iocose, niuem se atram inuenisse, illam inquam, Anaxagorae; quasi tristem minimeq. iocundam quia scilicet ei per niues incommodissimo itinere eundum, ac forte etiam in ipsis niuibus cum hoste, non sine summo uitiae discrimine, pugnandum foret. De Pompeio 3 non debere nos unius Pompeij amicitia nisi: Caesarem simul esse complectendum, ut amicum Pompeio firmorem. CANTO 3 in ore frequenter habeo, praedico. Terentius: - Qui hatum mores cantabat mihi. IN sinu est, neque discingor 3 fauio, neque fauere umquam desinam. dum a rebus carissimis, quas in sinu gestamus; quae ne excidat, non discingimur. IDVS 3 Februarij. scriptis autem hanc epistolam postridie idus mane, quod extremae epistolae uerba declarant. DECIMVS erat Coelio dies 3 is dies, quo reus M. Coelius cauillam de ui dicebat praetoris edito debebat. sic enim erat in consuetudine positum. nam & Pedianus in commentario Corneliana, Reum, inquit, Cornelium duo fratres Cominius lege Cornelia de maiestate fecerunt. & cū L. Cassius praetor decimo die, ut mos est, adesse iussisset; eoq. die ipse non affuisset: circumuenti sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus. Eos iurisconsulti iustos dies vocant. COELIO 3 M. Coelio Rufo, qui tribunatum pl. gessit, Cn. Pompeio Magno 111. consule; aedilitatem curulem, L. Aemilio Paullo, C. Claudio Marcello; praetoram, C. Caesare, P. Seruilio cos. anno uno post aedilitatem, quod equidem miror: cum praetura biennio ab aedilitate distet. DOMITIVS 3 Cn. Domitius praetor. Nolo quemquam in praeponib; errare, duo eodem tempore Cn. Domitij fuerunt: uterque praeturam gessit: ad utrumque Cicero dixit. horum alter est Cn. Domitius Calinus, qui tribunus pl. fuerat Caesare & Bibulo cos. ut indicant oratio pro Sextio, interrogatio in Vatinium: & post biennium (aedilitatem enim omisit, ut multi) praeturam gessit, Marcellino & Philippo cos. ut eadem duae oratio & interrogatio docent, in praetura de ambitu quaeſiuit, & apud eum Cicero Bestiam defendit, ut in hoc ipso libro supra cognoscitur. anno, qui post annum, quo scripta est haec epistola, sequitur proximus, consulatum gessit cum M. Messalla. itaque satis patet, non esse hunc, qui de Coelio quæſitionem exercuit: cum & inter praeturam consulatumq. biennium intercedat; & praeturam ab illo, non hoc anno, hoc est Appio Ahenobarbo cos. geltam, sed Marcellino & Philippo cos. iam ostenderim. Alter est Cn. Domitius hic, qui de ui cognovit in cauſa Coelij, quem in ipsa oratione Cicero appellat, consulatum numquam gessit. Ad numerum iudices non habuit 3 cum eo die, quo cauſam dici ex edito oportet, iudices eo, quo opus erat, numero non affuisserint; irrita siebat accusatio; ut integrum tamen esset, si quis eam præterea uellet instituere: quod in hac Coelij cauſa timet Cicero, cum ait: Vereor, ne homo teter & ferus Pola Seruius ad accusationem ueniat. atque etiam renouatam esse accusationem M. Coelij, ipsa declarat Ciceronis oratio, initio mensis Aprilis habita, ludis festisq. publicis, satis longo post idus Februarias, qui decimus erat Coelio dies, interuallo. Posuimus cauſam una accusationis, quae instituta esset, omittendae. altera fuit, cum accusatores, quo die reus adesset, ad agendum non uenissent. hoc ex Pediani uerbis animaduerto, inquit enim sic, in eo, quo de proxime memini commentario. Postero die, cum P. Caiſius praetor assidisset, & citati accusatores non adessent; exemptum est nomen de reis Cornelij. Ergo, cum in cauſis quattuor interueniant, praetor, iudices, accusator, reus; ex numero iudicium, & ex accusatoris absentia fieri poterat, ut reus, quod quidem ad ceptam accusationem pertineret, dimitteretur. de reo autem dubium non est, quin, si ad diem dictam non adesset, condemnaretur. praetoris diuersa ratio fuit, nam eti, quo die reum adesse iussisset, ipse non affuisset, deinde tamē peragere quæſitionem poterat. idq. L. Caisij praetoris exemplo cognoscitur, de quo idem Pedianus in eodem loco. Quod ad iudicium numerum attinet, non eundem video fuisse in omnibus cauſis. in cauſa Milonis, quae & ipsa de uerbi, unum & quinquaginta reperio. is fuerit ne legitimus & ordinarius numerus in omnibus cauſis de uerbi, an tum primum noua Pompeij lege de ui institutus, satis est a nobis accurate consideratum in libro de iudicij. POLA SERUIVS 3 nouum est, ut pronomen post cognomen ponatur. Linius tamen semel, quod meminerim, ita locutus; cum Manlium Cnaeum appellat. Polam hunc aut de gente Clodia, plebeia tamen, aut certe gentis Clodiae studioſissimum opinor fuisse, nam in epistola M. Coelij ad Ciceronē, eius opera, video, Ap. Pulchrum, P. Clodij fratrem, in accusando Coelio uti cogitasse. & puto Seruum istum

TIT 2 accusa-

accusationes factitasse, primum, quia ferum hominem hic appellat Cicero; deinde, quod in ea Coelii epistola ita scriptum est: Non destitut accersere Polam Seruum accusatorem, inire cum Domitio consilia. VENIAT ḡ non uenit tamen nam accusauit Coelium Atratinus Sempronius adolescens, ut in oratione patet. NOSTER ḡ primum, quia equitis R. filius, itidem ut Cicero: deinde, quia Ciceronis amantissimus: quod utriusque indicant epistolae: cui etiam curam collocandae filiae Cicero dedit, cum iret in prouinciam. AGENTE Clodia ḡ quia Clodia, P. Clodii soror, quae Q. Metelli Celeris uxor fuerat, suas omnes ad oppugnandum Coelium opes contulerat; ut oratio pro ipso demonstrat. TYRIS ḡ legationibus Tyro missis, ut de publicanis quererentur, nam inter prouinciales & publicanos, ob nimis acerbam uectigalium exactione, aut nimis lentam solutionem, numquam ferē negotium non fuit. SYRIACI ḡ quia Tyrus in Phoenicia: quae Syria pars fuit. VEXATVS ḡ a publicanis, in quos iniquissimi mus fuerat: quod indicant illa uerba in oratione de prouinciis: iam vero publicanos miseros tradidit in seruitū. & quae sequuntur. & Dio libro xxxix. & hic in ep. i. l. lib. iii. GABINIVS ḡ qui Syriae imperio proconsulari praefuerat, & hoc anno Romanum decepsit; ut infra, ep. i. l. 3. DOMITIO ḡ Aheno barbo, cos. PROSECVTI ḡ cur enim ei nunc in senatu maledicenter, quem iam essent cum equis prosecuti? prosecuti autem quo? an, cum e prouincia decederet? non puto. nimium enim multo post Gabinius ad urbem peruenit: ut simile ueri uix esse nideatur, tot ab eo menses itinere esse consumptos, malo, cum iret in prouinciam. NOSTER Lamia ḡ Veteres libri, C. noster Lamia, mallem, L. noster Lamia: ut intelligatur Lucius ille Aelius Lamia, princeps equestris ordinis, Ciceronis studiosissimus: de quo sic in epistola ad Brutum: Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset, proq. mea salute accerrime propugnaret, a Gabinio consule relegatus est, & in oratione pro Sextio, & ubi non? Addo illud, Noster, dict, ob eandem, qua M. Coelius, caussam, quod, sicuti Cicero, equestris loco natus. EQVITES Romani ḡ horum in numero Lamiam, qui respondit Domitio, fuisse constat. quod si eques Lamia; quod iure in senatum uenit? nam qui senatorum ordinem est adeptus; retinet ille quidem equestris ornamenta, annulum, equum publicum; eques tamen, & equestris ordinis neque est, neque dicitur, sed senator, & ordinis senatorij, itaque legitur apud iuter, Pompeium, cum eques Romanus adhuc esset, triumphasse: quia scilicet non dum lectus esset in senatum, quo facto, delit esse eques Romanus, ergo si eques Lamia; quod satis apparer, non ideo in senatu, quia senator esset, sed quia cum publicanis, qui erant omnes equites, quasi dux eorum ac princeps introierat. nam & in epistola, cuius proxime uerba recitauit, princeps equestris ordinis cicitur fuisse Pisone & Gabinio cos. hic postea gessit aedilitatem curulem, ut in eadem est epistola: deindeq. in senatum aditum habuit, non modo iure gesti magistratus, (hoc enim soli curules magistratus iuris habebant, ut in libro de senatu docuimus) uerum etiam quia proximis a censoribus, Appio & Pisone, lectam esse in senatu, uerisimile est. DISSOLVTE enim iudicatis ḡ qui si uere iudicaretis, condemnarentur ij, quibus, improbe agendo, simillimum se Vatinius praebet. sperat enim, impune sibi fore, quia dissolute iudicatis. Diximus iam, hoc tempore lege Aurelia tres ordines iudicasse, senatores, equites, tribunos aerarios. LAUDATIS ḡ reos: quos si ab oculis, quid reprehenditis, cum eisdem uos laudetis? Mos erat, ut auctoritate praediti uiri reos in iudicio, ante quam sententiae ferrentur, laudarent pleni exemplorum libri. NOX diremit ḡ senatus haberi de nocte non poterat: ideoq. reprehendit Cicero in Philippicis quaedam senatus consulta uespertina, quae fecerat Antonius. testatur idem & Gellius. COMITALIBVS ḡ qui nulli dum fuerant, nam toto mense Feb. comitiales qui fuerunt, omnes post Quirinalia, nec plures quam sex fuisse constat, comitiales autem erant de numero fastorum, sed eodem tempore & lege, & cum populo non agebatur: si lege, non cum populo: si cum populo, non lege, itaque licebat utrumque: sed eodem tempore utrumque non fiebat. senatus autem per eos dies non habebatur, contraq. qui dies fasti non erant comitiales, iis & lege agi, & haberi senatum, idq. eo die, confessis iudiciis, licebat: factumq. animaduertimus. INTERPRETATVR ḡ Hinc, opinor, suam Appius hauriebat interpretationem. Verabat Pupia lex, haberi senatum a XIIX. Kal. Febr. usque ad Kal. Febr. tametsi dies essent duo, fastus unus, alter nefastus, ille iv, hic iii. Kal. Febr. quibus, nisi Pupia lege contra sanctum esset, senatus haberi potuisset. Cautum erat praeterea eadem lege, ne, nisi perfectis, aut reiectis legationibus, alijs de rebus senatus haberetur. sic igitur suam opinionem, aut uoluntatem potius tueri Appius poterat. Quid uerat Pupia lex? id scilicet, haberi senatum mense Febr. nisi perfectis aut reiectis legationibus. ego legi pareo: senatum alia de re, praeterquam perficiendarum legationum causa, non habeo, ea quidem me non impedit, quo minus audiendis legationibus senatum dem. nihil enim in ea tale scriptum est, sed hoc tantum, ne senatus habeatur, nisi perfectis aut reiectis legationibus. Cogi autem se Gabinia lege, contendebat Appius: quia, cum in lege scriptum esset, ut quotidie senatus legationibus daretur mense Februarij, uerbum, quotidie, uolebat omnes Februarij dies comprehendere, siue comitiales, quibus haberi senatus non poterat, siue non comitiales. Gabinius autem, quotidie, dixerat, non de omnibus plane diebus, sed de omnibus ijs, qui quidem comitiales non essent, quia scilicet haberi senatum eo mense nulla omnino de re, nisi legatum causa, uolebat. nec dubito, quin leges haec tribunitiae fuerint: si quidem senatum quibusdam quasi condicionibus coercent, de Pupiae sententia locus exstant in epistola ad P. Lentulum. ITA putantur, non dixit: detruduntur comitia, sed putantur detрудi: quia certum non erat, an Appius, id quod affirmabat, habiturus esset senatum per omnes reliquos Februarij dies, etiam comitiales, nam si, ut solebat, non habuisset senatum Appius comitialibus Febr. diebus, habere comitia potuisset. COMITIA ḡ quid hoc in comitiorum tempus adest ante Quinctilem mensem? numquam sane, si ordine res agatur: sed extra

extra

extra ordinem interdum, nam, 'cum Appius ipse & Ahenobarbus consules essent creati ex interregno, creandorum praetotum cura ad eos pertinebat, qui proximo superiore anno designati non fuerant; eaq. comitia consules in hoc usque tempus duxerant: sicuti Pompeius & Crassus anno proximo, cum ipi creati essent consules ex interregno, comitia tamen rogandis praetoribus non ante mensem Maium habuerunt: quod supra ostendimus. his porro comitijs praetorem creatum M. Catonem, historiae, demonstrant; qui superiore anno iniquissimam, praelato homine improbo P. Vatinio, repulsam, tulerat. Plutarchus, & alij. His comitialiibus 3 sex Februarij mensis diebus comitialiibus, quibus habere sentinum Appius constituerat. TRIBVN PL. 3 maxime C. Memmius, qui cum de repetundis postulauit. ep. I. I. 3. De Gabinio 3 ut ei, Syriam prouinciam contra leges & iura sociorum administranti, imperium abrogetur. ACTVROS 3 rogationem, ut puto, promulgaturos; sicuti biennio ante C. Cato tribunus pl. rogationem de abrogando Lentulo Spintheri imperio promulgauerat. epist. 3. CALLISTHENEM, & Philiſtum 3 quorum uterque scriperat historiam, Callisthenes Olinthius de rebus gestis Alexandri, Siculus Philistus cum alijs de rebus, tum de Dionysio Siciliae tyranno. REDEO 3 uiderur accipiendum, pro, uenio. nam neque in hac epistola, neque in superiore, pridie scripta, uerbum ullū de Callisthenē & Philisto. aut, Redeo, quia cum coepiſsem tuis litteris respondere; iamq. de niue atra, & de Pō peio scripsiſsem; interposui non nulla de rebus urbanis. redeo igitur ad tuas litteras, quibus cooperam respondere. VOLVTATVM 3 assidue uerſatum. nota tralatio, licet, uerſari in libris, uerbo idem significāte, paullo tamen, ut uidetur, leniore. VVLGARE & notum negotium 3 locutus est in historia sua Callisthenes, non exquisite, quod ad sententias attinet, sed quo modo homines uulgo loquuntur, itidem ut aliquot Graeci suis in libris. CAPITALIS 3 grauis, capita rerum attingens. De Dionysio 3 ubi de seniore Dionysio scribita, quo in exsultum missus est, nam de iuniore uix potuit, magnis distractus negotijs: de seniore spatium ei non defuit ad scribendum, cum circa Adriam otiosus exfluar et. PVSILLVS Thucydiſ 3 est enim densus, & brevis, & semper instans sibi Dhucydides: quibus eum uerbis designauit Quin Atilianus pusillus autem, quia non ita multa scriperat, ut Thucydides. IPSE etenim veterator 3 delectat me Philistus non tam, quia capitalis, creber, acutus, quam quod ipse Dionysius, de quo scribit, astutus in primis ac uaf est: quae tum, narrante Philisto, tum ipse per se delectant. PERFAMILIARIS 3 loquitur enim Philistus de familiarissimo suo, & ea tractat, quae ipse nouit optime omnium. Ad historiam 3 scribendam; cum ueteres iam legisset historicos. LUPERCALIBVS 3 cras. nam haec epistola scripta est postridie idus, mane, & Lupercalibus item mane scribere cogitabat ea, quae postridie idus essent acta. QUAM bellissime 3 quam potes iocundissime. bellum enim non ad pulchritudinem, sed ad iocunditatem & commoditatem quandā refertur: ut bella puella, non quae forma, sed quae elegantia, & quādam quasi gratia intuentium oculos tenet. sic epistolā bellam uocat ad Atticum l. v. ep. 6. quā scripserat ad Lucceū: quod esset historiarū pigmentis haud paullo, quā ceterae epistole, nitidior, atque ornatior.

Marcus S. D. Quinto Fratri. 13.

DVAS adhuc a te accepi epistolas, quarum alteram in ipso discessu nostro, alteram Arimino datam plures, quas scribis te dedisse, non acceperam. Ego in Cumano, & Pompeiano, praeter quam quod si ne te, ceterum satis commode obleſtabam; & aram in eisdem loci usque ad kal. Iun. futurus scribam illa quae dixeram, & solita, spissum sane opus, & operosum: sed, si ex sententia successerit, bene erit opera posita in minus, in illud ipsum mare deyciemus, quod scribentes spectabamus: aggrediemur alia; quoniam quiescere non possumus. Tua mandata persequar diligenter, & adiungendis hominibus, & quibusdam non alienandis. maxime uero mibi curae erit, ut Ciceronem tuum, nostrumq. uideam scilicet quotidie, sed inspiciā, quid discat, quam saepissime: & nisi ille contemnat, etiam magistrum me ei profitebor, cuius rei non nullam

consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio, Ciceront noſtro minore producendo. Tu, quemadmo dum scribis, quod, etiam si non scriberes, facere te diligenter tamen sciebam, facies scilicet, ut mea mandata digeras, persequare, conficias. Ego, cum Romanam uenero, nullum praetermittam Caesaris tabellarium, cui litteras ad te non dem. his diebus, (ignoscet) cui darem, fuit nemo ante hunc M. Orfum, equitem Romanum, noſtrum, & perneſſarium, & quod est ex municipio Atellano, quod scis eſe in fide noſtra, itaque eum tibi commendō in maiorem modum, hominem domi ſplendidum gratiosum etiam extra domum: quem, fac, ut tua liberalitate tibi obliges. est tribunus mil. in exercitu uero. gratum hominem, obſeruan temq. cognosces. Trebatum ut ualde ames, uehementer te rogo. Vale.

EXPLANATIO

Iſdem consulibus.

DISCESSV noſtro 3 statim postquam a te discessi. ARIMINO 3 primo prouinciae Caesaris oppido: cū ad Caſarem Quinctus proficiſceretur. CETERVM ſalioqui, ceteroqui. DIXERAM 3 nō quae dixerā me scribere, sed quae me elle ſcripturū oſtenderā. libros, n. de republica, quos intelligit, aggressus est scribere

bere in Cumano, ut ep. 5. l. 3. quos libros, magno litterarum detrimento, temporum extinxit iniuria, uno Sciponis excepto somnio; quod, quasi scalam ex naufragio, fortuna seruavit. SPISSVM & difficile, nota significatio. ut fam. libr. 2. epist. x. AD IUNGENDIS & ad amicitiam: ut in posterum non modo recipuerum etiam ipse mihi consulam, salutis pariter & dignitatis habita ratione, quod antea minus a me factum, nunc c. meo malo doctus, te mandante corrigam. DISCAT & Tirannione docente. epist. 4. ORIO: quo in urbe egebat, iudicis rei. publicae procreatione districtus. MINORE & scio, recte dictum Minor: re: ut a maiore, Quincti filio, distinguatur; quo modo & Africanus maior, Africanus minor; Cato major, Cato minor: mouetur tamen suspicione non nulla, ne glossa fuerit, additum ad illud, Nostro, cur enim, cum ad fratrem scribant, adiungat, minore? non ne satis filium suum ab illius filio distinxit, cum de suo dixit, Nostro; de illo, Tuum? DIGERAS, per sequare, conficias, & dixerere, prudentiae est; persequi, diligentiae; confidere, constantiae: quibus tribus virtutibus officium eius, cui aliquid mandatum est, omne continetur. SPLENDIDVM & refertur ad diuinas. nec desunt exempla. LIBERALITATE & officiis, humanitate. TRIBVNVS mil. & tribunorum mil. duo genera Pedianus facit, Rufulos, in exercitu creatos; & comitiatos, Romae.

Marcus S. D. Quincto fratri.

14.

AD IV. non. Iun. quo die Romam veni, accepi tuas litteras, datas Placentiae, deinde alteras, postri die datas Bladenonae, cum Caesaris litteris, refertis omni officio, diligentia, suauitate. Sunt ista quidem magna, potius maxima: habent enim uim magnam ad gloria, & ad summam dignitatem: sed mihi credere, quem nos sit, quod in ipsis rebus ego plurimi aestimo, id iam habeo, te scilicet primum tam inservientem communis dignitatis, deinde Caesaris tantum in me amorem: quem omnibus ijs honoribus, quos me a se exspectare uult, antepono. litterae uero eius, una datae cum tuis, quarum initium est, quam suavis ei tuis aduentus fuerit, & recordatio ueteris amoris; deinde se effecturum, ut ego in medio dolore, ac desiderio tui, te, cum a me abesse, potius innum secum esse laetarer; incredibiliter delectarunt. quare facisti quidem fraternalē, quod me bortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in illum unū conferā. ego uero ardentī quidē studio, ac fortaff efficiam, quod saepe uiatoribus, cum properant, euenerit, ut, si serius quam uoluerunt, forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte uigilassent, perueniant, quo uelint. sic ego, quoniam in isto domine colendo tam indormiu diu, te mehercule saepe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum uero, quoniam scribis poema ab eo nostrū probari, quadrigis poeticis modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. sed quid ago? quod mihi tempus, Romae praesertim, ut iste me rogat manenti, uacuum ostenditur? sed uidero: fortasse enim, ut si, uincet tuus amor omnes difficultates. Trebatū quod ad se miserim, persalse, & humaniter etiam gratias mihi agit: negat enim, in tanta multitudine eorum, qui una esset, quemquam fuisse, qui uadimonium concipere posset. M. Curtius tribunatum ab eo petui; (nam Domini tuis se derideri putasset, si esset a me rogatus. hoc enim est eius quotidianum, se ne tribunum mil. quidem facere. etiam in senatu lusit, Appium collegā propterea ifse ad Caesarem, & aliquem tribunatum auferret) sed in alterum annum. id & Curtius ita uolebat. Tu, quē admodum me censes oportere esse in rep. & in nostris inimicitijs, ita et esse, & fore auricula infima scito molliorē. Res Romana sic se habebant. erat nonnulla spes comitiorū, sed incerta. erat aliqua suspicio dictaturae, & ea quidem certa: summum otium forense, sed sene

scentis magis ciuitatis, quam acquiescentis: sententia autem nostra in senatu eiusmodi, magis ut alij nobis assentiantur, quam no[n] metipiſi.
Τοιω̄ δ̄ τλημαν πόλεμος ξεργάζεται.
Calamo & arramento temperato, charta etiam dentata res agetur, scribis enim, te meas litteras superiores vix legere potuisse. in quo nihil eorum, mi frater, fuit, quae putas, neque enim occupatus eram, neque perturbatus, neque iratus alicui, sed hoc facio semper, ut, quicquid calamus in manus meas uenerit, eo sic vtar, tamquā bono. Verum attende nunc, mi optime, & suauissime frater, ad ea dum reſcribo, quae tu in hac eadem breui epiflora φαγματικῶν valde scripsisti: de quo petis, ut ad te nihil occultans, nihil dissimilans, nihil tibi indulgens, genuine, fraterneq. reſcribam, id est utrum uoles, * ut dixerimus, ad expediendum te; si cauſa sit, commore re. Si, mi Quincte, parua aliqua res eſet, in qua ſciscitare, quid uellem: tamen, cum tibi permitturus eſem, ut faceres, quod uelles, ego, ipſe quid uellem, ostenderem. in hac uero re hoc profecto quaeris, cuiusmodi illum animū, qui ſequitur, exſpectem. plane aut tranquillum robiſ, aut certe munitissimum: quod quotidie domus, quod forum, quod theatri ſignificationes declarant. neque laborant, quod mea conſcientia copiarum noſtrarum, quod Caesaris, quod Pomponij gratiam tenemus. haec me, ut confidam, faciunt. ſin aliquis erumpet amentis hominis furor: omnia ſunt ad eum frangendum expedita. haec ita ſentio, indicō, ad te explorare ſcribo: dubitare te, non aſtentatio, ſed fraterne ueto. quare ſuauitatis equidem noſtræ fruendæ cauſa cuperem te ad id tempus uenire, quod dixeras: ſed illud malo tamen, quod putas, magis etiam illa, (etenim magni aestimo me) αὐθιλασία, illam tuam, & exſpectationem delitorum tuorum. Illud quidem ſic habeto, nihil nobis expeditis, ſualebitus, fore fortunatus. parua ſunt, quae deſunt, (quo, noſtris quidem moribus) & ea ſunt ad explicandum exſpeditissima modo ualeamus. Ambitus reddit immānis: numquā ſuit par Idibus Quincti, ſenus fuit ZZ ex Z, coitione Memmij eſt quo cum Domicilio hanc Scaurus unū uincere. Me ſala flaccer. nō dico ὅπερον uel HS centies conſtituant in praerogativa pronunciare, res arde inuidia. Tribunicij candidati compromiserunt, HS quingenis in singulos apud M. Catonem

tonem depositis, petere eius arbitratu, ut, qui contra f-
tuita si fuerint, ut putatur, plus unus Cato fuerit, quam
eisset, ab eo condemnaretur, quae quidem comitia gra-
omnes leges, omnesq. iudices.

E X P L A N A T I O

Iisdem consulibus.

BLADENONAE 3 mendosum locum existimo, & cur, existimem, caussas tres habeo, sententiam, geographiam, ueteres libros: sententiam, quia, cum dicat Cicero, Deinde alteras, dictio, Deinde, sa- tis indicat non eum eodem die accepisse litteras & Placentiae datas & Blandenonae. itaque in, Blandenonae, dies, quo accepit eas litteras, uidetur inesse, sed mendo perturbata latet. geographia me monet, quia loci huius mentionem, ut geographos omnes euoluerim, nullam tamen inueni. suspicionem auget libri ueteres, quia dissentient ab impressis. nam in eo, qui Bessarionis fuit, video scriptum, Bladenonae, quibus ijsdem adducor caussis, ut hominis egregie docti, & quod hodie per quam rarum est, in iudicio litterarum elegantissimi, Caroli Sigonij coniecturam sequar, mirificeq. laudem: is, cum inter nos, ut fe- re pro nostra coniunctione & familiaritate quotidie solemus, hoc de loco satis multis uerbis collocuti essemus; rediit ad me postridie, quasi thesauro inuento, laetissimus, dixitq. se non magna mutatione ex- cogitasse quiddam, quod a me probatum iri existimaret, quid, inquam? tum ille, hoc: pro, Blandenonae, reponendum puto, Laude, nonis, ut duas se dicat Cicero epistola accepisse, unā i v. non. Iun. Placentiae datam; alteram nonis, cum Caesaris litteris, Laude, quod oppidum adhuc esse, Placentiae proximum, qua transeundum erat Quinto in Galliam proficisci, nemo nescit. gratulatus homini amicissimo, properauit ad scribendum; cum eius sententiam, ut ceteri quoque iudicare possint, qui tamen haud sa- ne dubito quin mecum sentientes eam probent, notam ac testamat esse uellem. **I**STA 3 honores, quos, ut scribis, a me exspectare Caesar uult. **V**IM magnam 3 magnopere ualent ad gloriam: eiusmodi sunt, ut ornare me summa gloria, summaq. dignitate possint. **Q**uem nosti 3 quem Icis mentiri non solere. **V**ETERIS amoris 3 Clodianis temporibus interrupti: cum Caesar, nimia Ciceronis libertate com- motus, quia in defensione C. Antonii quaedam aduersus potentes iniecerat, P. Clodium statim ad ple- bem traduxit. **N**OSTRVM poema 3 de quo infra ep. i. libri III. **Q**UADRIGIS poeticis 3 dicturus ui- debatur, tum equis, tum uelis: sed per iocum, pro uelis, intulit, quadrigis: quae & ipsae ad celeritatem faciunt. addidit autem, poeticis: ut cum alijs rebus, tum uero scriptis uerbibus, gratiam se a Caelare ini- turum ostenderet. ita nec ab instituta tralatione discessit: nam tum equis, tu quadrigis curritur: & quid in Caelare colendo sui consilii esset, aperuit. **A**RDENTI quidem studio 3 faciam quod me mones: mea studia in Caelarem omnia conferam, sic ad Trebatium in Topicis. Verecunde tu quidem, sed ut te arde re studio cernerem. & in epistola ad Luceium: Ardeo cupiditate. Voluntatis enim augetur significatio, cum & studium, dicimus; & ad, studium, epithetum adiungimus, & epitheto ipso utimur tralato, & ab eiusmodi re tralato, quae maxime omnium rerum nota sit, maximamq. omnium uim habeat: cuiusmo- di est ignis. **B**RITANNIAM 3 res, quas in Britannia geretis. iam enim, ut opinor, erant in itinere, Britan- niam cogitantes, nam in epistola ad Atticum, mense Quintili data, suspicari se dicit, Quintum esse in Britannia. **C**OLORIBVS tuis 3 ornamentis. ut Britannia sit poematis materia, ornamenta Quinti, arts Marci. satis enim bonus poeta Quintus: aut, si minus, hoc tamen illi a fratre tribuitur. **P**ENICILLO meo 3 ut, ornamentis, quibus quasi coloribus rem illustrare possem, a te sumptis, eum deinde ordinem, quem probauero, ipse adhibeam. **I**STE 3 Caesar: ut eius absentis dignitatem, cum res postulet, Romae tuar, atque augeam. **T**VVS amor 3 tua caussa, qui legati locum apud Caelarem obtines, fortasse uel in summis occupationibus poema, de rebus a Caelare gestis in Britannia, conficiam. **M**ISERIM 3 com- mendatum ijs litteris, quae ep. fam. lib. v 11. leguntur. **V**ADIMONIVM concipere 3 certa erat uerborum formula, qua se inuicem uadarentur; quibus uerbis cum essent usi, conceptum uadimonium dicebatur. **I**ocus Caesari in eo fuit: Oportune Ciceronem fecisse, qui Trebatium iurisconsultum ad se misisset: nam antea in uniuersa praetoria cohorte, totoq. comitatu suo neminem fuisse, qui, cum litigare ueller, qui- bus uerbis uadaretur teneret: itaque esse, cur ea de re Ciceroni plurimum deberet. erat enim Caesari prouincia, ut aliae quoque, non imperii solum, uerum etiam iurisdictio. & quoniam in munere iu- risconsulti hoc erat minimum, & levissimum, docere quibus inter se litigantes uadari uerbis, alter alterum, deberent, ne in concipiendo uadimonio peccatum irritam uadationem facerent: scripscrat Cae- sar, se Ciceroni gratias agere: cum tamen, qua de re gratias agat, esse minimam significet. **C**VRTO 3 quem rogatione ac testimonio Quinti diligebat. ep. i. lib. 111. **D**OMITIVS 3 Ahenobarbus, cos. Ro- gatus 3 ut ad Caelarem scriberet de tribunatu mil. Curtio mandando. quod si fecisset, derideri se putasset; qui peterem ab eo, ut inimicissimo suo Curii honorem commendaret. Difidebat autem capi- tali odio cum Caelare Domitius, nam & praetor in senatu retulerat, ut, quae Caelar anno proximo con- sul egisset, cognoscerentur; & biennio post, consulatus candidatus cum palam minaretur, consulem se ef- fecturum, quod praetor nequisset, adempturumq. ei exercitus, coitione Caelaris, Pompeii, & Crassi de- iecitus erat consulatu. Ne tribunum mil. quidem 3 nedum legatos; qui tribunis mil. in castris honore praestabant. **F**ACERE 3 non, Romae, comitiis; quibus, credibile non est, non potuisse studio consulis tribuna-

tribunatu mil. fieri; sed in exercitu Caesaris, cōmēdatione sua; quia s. neminē oīno ei, ullius honoris causa, cōmendaret. Aut, FACERE ſomino non facere: cum tamen consul eſſet. consulū enim & dictatorum primis reip. temporibus haec fuerant beneficia, poſteā tribunatus mil. dari per populum coepit eſt: poſtremo alios iu exercitu imperator, alios Romae propulus creauit. Liuius, Pedianus. IſSE ſ. non, in consulatu. nimis enim praeter dignitatem, atque omnino absurdum, cōfulem, maximarum rerum procuratione diſtrictum, diſcedere paullo longius ab urbe, ut tribunatum mil. peteret a proconsule. intelligo igitur de iurione illa, de qua epiſt. 6. Lentulo & Philippo cos. ante annum. AVRICVL A infima: neque acrem in tuenda rep. neque acerbum in perſequendis inimicis, ſed in utroque ita remiſſam, ac lenem, ut, quod dici ſolet, mollior auricula infima uideri poſſim. Monuerat Quintus, ut ex illo doctus rationem haberet aliquando etiam ſalutis. hinc illud epiſtola 13. Tua mandata perſequat &c. COMITIORVM ſ. que tamen hoc anno habita non ſunt. nam Caiuinus & Meſalla, qui ſequēti anno conſulatum gesserunt: ex interregno creati. SVS PECIO ſ. poſtea non ſuſpicio, uerum etiam ſermo ſuit multus, nam ad Atticum 65. Res, inquit, fluit ad interregnū, & eſt non nullus odor dictatura, ſermo quidem multus, qui etiam Gabiniū apud timidos iudices adiuuit. Quibus uerbis, de Pompij dictatura hoc tempore homines loqui, ſignificat, quod in commentario diximus. OTIVM fore ſ. infrequens a iudicijs forum: iudicia frigent. SENESCENTIS non quia defit, quod homines in foro agant: ſed omnīum rerum taedio ciuitas languet. Videatur hoc dicere: Cum publicis in rebus male agatur, ſerpit idem morbus etiam ad priuata, & omnino nihil curatur. QVAM nos met ipsi ſ. quia, ne offendam eos, qui principes in republica ſunt, quorum a uoluntate neque tu diſſentire me uis, neque meorum temporum acerba recordatio patitur; cogor de recto illo meae mentis curſu paullulum deflectere, atque hoc ipsum tamen ita facio, ut me boni uiri, tamquam patriae parum amantem ciuem, reprehendere non poſſint, ijs igitur ſatisfacio: mihi non item: quia ſummum illud ius, ſimplex, inquam, illa, mihi antea proposita tuenda reip. ratio, temporis cauſa non plane in meis ſententijs defendit.

,, Τοιού θέτη μαν πόλεμος ἐξεργάζεται;

,, Miferanda bellī talia condicio efficit.

Senarius Euripidis, in tragoedia, oīkētēs. Haec, inquit, ſacimus aerumnarum metu. nimis enim magna mercede didicimus, quam, potentibus aduersari, non ſit tutum. CALAMOZ quattuor fit argumentis, ut hoc putem eſſe principium epiſtolae: primum, quod forteſſe paullo infirmius uidebitur; ut homines diueraſſent: quod haec uerba initium potius epiſtolae, quam epiſtolae partis, redolent: deinde quod apparet, respondiſſe iam Ciceroñ duabus Quinti epiſtolis, Placentiae, & Blandenone datis: nunc autem uni reſpondet breui epiſtolae, quam poſt illas accepit. praeterea, ſi una eſſet epiſtola, bis ageſſe de rebus Romanis. nam & dixit ī: Res Romanae ſic ſe habebant. Erat nonnulla ſpes comitiorū, &c. infra uero rursus: Ambitus redit immanis, itaque, eadem eſſe repetita, credible non eſt. poſtremo, quod hanc scriptam eſſe conſtat poſt idus Quintiles; cum inferat: Idibus Quintilibus fenus fuit ZZ ex Z. at ſuperiora paullo poſt 1 V. nonas Iunias: ut ipſe in prima epiſtolae parte ſignificat. TEMPERATO ſ. ita concinnato, ut ad pingendas litteras aptiſſimum ſit. DENTATA ſ. apri, aut etiam equi dente laeuita. quod item nunc, ubi quid ſcribimus accuratiuſ, facere ſolemus, ad inaequalitatē chartae complanandam; quo calamus quaſi currat expeditius. Nec uero mirari ſatis poſſum, quid Erasmo uenerit in mentem hoc in loco interpretari, charta dentata, pro acerba, & iracunde ſcripta: cum de litteris agi, quae bono calamo, temperato atramente, leui ac polita charta commodiſſ formantur, illa uerba demōſtrent: Scribis, te meas litteras ſuperiores uix legere poſtuſſe: & illas: Hoc facio ſemper, ut, quicunque calamus in manus uenerit, eo ſic utar, tamquam bono. Verum hoc, itemq. alia, tum in adagiis, tum aliis non ſatis recte aut explanata, aut de Graeciis conuerta, homini eruditio, ac de litteris, quantum praelate poſtuit, bene merito largiamur. NIHIL eorum ſ. non ob eas, quas tu ſuſpicaris, cauſas, parum perſpicue ſcripsi. Πραγματικὸς more hominis in uſu rerum uerſati: qui te non ſegniter, ſed ſine ulla mora, ſi res exigat, ad me uolaturn confirmeſ. GENIINE ſ. uere, ſine arte, eo quo natura genuit modo. inde enim uidetur, Genuine, ductum. Id eſt, utrum uoles, mendi labes ſatis maniſta: nec eluere conabor: cum ab impressis libris minimum diſſentiant ſcripti. tantum enim pro, commorrere, beſſarionis liber habet, commoneres. quod ſi pro, dixerimus, legeretur, dixerim, an: nihil, opinor, ſuperellet uitij, hoc ordine: Id eſt, utrum uoles, ut dixerim, an, ad expediendum te, ſi cauſa ſit, commorere, nec eſſet obſcurā ſententia. nam, uoles, μεταθορικὸς uſurpatum, pro, celeriter uenias, & commorere opponuntur, ſed minus audeo, propter incertas maximeq. fallaces coniecturae uias. DOMVS ſ. a multis celebrata. ep. 5. & ad Atticum epist. 22. lib. 2. FORVM ſ. in quo, cauſis agendis, amicitias, & clientelas mihi comparo. THEATRI ſ. malis ciuibus, theatrum ingredientibus, plauſum aut nullum, aut clamore, & ſibilis diſſonū populus dabat bonis; & in republica praelatibus, magnū. & aequabilem. ergo, quam qui ſe aut in uifus, aut carus eſſet populo, theatrum ſignificabat. ad Atticum epist. 19. lib. 2. & 15. lib. 4. NEQVE labrant ſ. hic alij forteſſe uiderint acutius: ego plane τυφλότερος. obſcuratur enim mendo ſententia: neque eſt, ut aut ex antiquo libro, aut ex ingenio meo locum illuſtrare poſſim. tantum, pro. Neque, Nec habet beſſarionis. AMENTIS ſ. P. Clodij. ILLUD malo ſ. quod ſcribis: ut iſtic, ſi cauſa ſit, cōmorere. Quid putas ſ. putas enim e re tua eſſe, te iſtic commorari. MAGIS etiam illa ſ. uolo equide te iſtic manere tua cauſa, ſed mea etiam magis; qui, quod ad me pertinet, magni faciam. malo enim αὐθιναցτας illam tuam, & expectationem debitorum tuorum, quā aduentū tuū. Nec uero dubitandum eſt, quin haec duea diſtiones, αὐθιναցτας, & exſpectationem, Ciceronis rem utraque ſignificet; cum dixerit proxime: Etenim magni aucti-

In Lib. II. ep. ad Q. fr. ep. XIV.

§ 21

mo in te. *διαφοραίς* expono, cautionem utroque spectantem, ad dignitatem, & salutem: cuius magnam partem in eo positam intelligo, si diutius apud Caesarem sis, cumq. tibi tuis officijs ac studijs quam ma-
xime deuincias. *ILLAM tuam* § quo tu uocabulo cautionem significare, duabus rebus utilem, consue-
st. erat enim haec Quinto familiaris dictio. itaque supra, ep. 5. *διαφοραίς*, inquit, illam tuam, quam tu
soles dicere, bono modo desidero. *EXPECTATIONEM* § exspectabo, ut, quae mihi debes, ea persol-
las, ut, quae te facturum pollicitus es, re praestes. quae uero haec? ut Quijctus Caesarem ipsum, primū
scilicet, deinde ut alios quoque & de cohorte, & de exercitu Caesaris, qui Romae aliquid possent, Mar-
co fratri benevolentia coniungeret: quo praefidiis firmioribus contra Clodij furorem in urbe munire-
tur. id autem Quintus fratri mandanti ac roganti promiserat, huc enim spectare illud puto, quod lu-
pra dixit, 318. Mea mandata digeras, persequare, conficias. Nec, in castris quid aliud nauare Quintus
pro fratre posset, intelligo. *EXPEDITIS* § a molestia: nisi quid euenia, quod impedimento sit: si per
inimicos atque inuidos licebit, itaque, praefidij caussa, de retinenda, atque adeo augenda Caesaris gra-
tia plurimum laborare debemus. quod cum ita sit; potius tibi de mansione, quam de discessu, uides esse
cogitandum. Qvo, nostris quidem moribus § parua sunt, nec tamen nobis admotum curanda. quo enim?
cum moribus nostris, temperatis scilicet, & ad frugalitatem compositis, satis ea sint, quae iam habemus.
ualeamus modo, & liceat nobis esse expeditis. *AMBI* tvs redit § redibat enim singulis annis ambitus co-
mitiorum tempore, sed immanis, ut hoc anno, numquam. Ardet ambitus, hac de re dixit in ep. ad Att.
ep. 15. l. 4. *FOENVS* fuit ZZ ex Z § duplicatum foenoris quaestum significat; idq. ipsum scribit ad Atticum
ep. 15. l. 4. his umeris, Foenus ex triente idibus Quintilibus factum erat bessibus; hoc est, ut centenis ac-
ceptis, octoni pro annuo foenore penderentur. atque his notis, ZZ, duos trientes, qui bes est, significari
oportet; ut hic locus cum illo ad Atticum, iam recitato, congruat; & hoc dicatur, ex uno triente foenus
esse factum duobus, hoc est, ex triente bessibus. quod idem est, nam bes duo trientes fuit. Bessarionis li-
ber habet, Fuit & ex, pro, Fuit ZZ ex Z. utrumque suspicor esse mendosum, & forte sincerum hoc. Fuit
SS-ex S. aut hoc: Fuit 33. ex 3, nam hac nota, 3, triens indicabatur, qui bessis dimidium est; item hac,
S. ut, siue S-S reponas, quemuis notis bessem significari Demetrius tradit, siue 33, quas Demetrius idem
videtur probare; siquidem unam, 3, pro triente ponit; ab antiqua numerorum ratione nihil recedas.
quia tamen in hac emendandi ratione eas maxime conjecturas approbo, quae quam minimum a depra-
vatis ueræ scripturae uestigij recedere uidentur; sit ut in hanc libentius inclinem, Fuit 3 ex 3, quam
in illam, Fuit S ex S-S, quam enim facile ex 33 fieri potuerit ZZ, id est e duabus minusculis litteris eae
dem maiusculæ, omnes, ut opinor, intelligunt. *COITIONE* Memmij § hac, ut ipse & suus competitor
Domitius Calatinus HS quadringena consulibus darent, si essent ipsi consules facti, nisi tres augures de-
sissent, qui se affuisse dicerent, eum lex curiata ferretur, quae lata non esset; & duos consulares, qui se di-
cerent in ornandis prouinciis consularibus scribendo affuisse, cum omnino ne senatus quidem fuisse,
ad Att. ep. 18. l. 4. Qvo cum Domitio § forte, cum Cn. Domitio, *SCAVRVS* § M. Aemilius, eius filius, qui
princeps senatus fuit, Sullae dictatoris uitricus: pro quo exstat mutilata Ciceronis oratio. *VNUM* incep-
re § malum, Enuntiare; ut subaudiatur, coitionem: & sit, Enuntiare, pro enunciabat. *MESSALLA* § consu-
laris candidatus, quattuor nominantur in epistola ad Atticum, Memmij, Domitius, Scaurus, Messalla.
FLACCET § languet, ob consulum coitionem, & Pompeij studium in Scaurum, ad Att. ep. 15. l. 4. *υπερβο-*
λες § quae supra ueritatem sint. *HS CENTIES* § aureorum scutatorum nostratis pecuniae trecenta mil-
lia. In *praerogativa* § ea centuria, quae prima de consulatu mandando suffragium ferret; inde dicta,
quod prima rogaretur, quos uellet consules fieri, eodemq. nomine prima quoque tribus appellabatur.
ac possit hic, *praerogativa*, non tam ad centuriam, quam ad tribum, referri: siquidem binis comitijs, ce-
ntratis, & tributis, consules creabantur, qua tota de re in libro de comitiis. *PRONVTIARE* § polliceri se-
daturos, si eam tulerint, eiusq. suffragiis consules fuerint designati, uerbum in hoc genere propium. ita
que ad Att. ep. 14. l. 1. Qui nummos in tribu pronuntiauarit, quo loco, cum de comitiis consularibus aga-
tur, tribu tamen dixit, non centuria, ut hic fortasse, *praerogativa*, de tribu dictum sit, non de centuria.
Res ardet inuidia § hac ipsa de re, Consules flagrant inuidia, dixit in epist. ad Atticum ep. 18. l. 4. HS
QVINGENIS § quingenis millibus, quae efficiunt monetae nostratis aureorum scutatorum quindecim
millia. *CATONEM* § qui praetor tunc erat. *EIVS* arbitratu § quo modo ille uoluisset, sine fuso uide-
licet, ac fallaciis, more maiorum, fuit enim Cato, quod omnes hisboriae clamant, bonarum legum, om-
nisq. iuris acerrimus obseruator. *CONTRA* fecisset § tribunatum pl. contra praescriptum illius peti-
set. *CONDENNARE* § amitteret quod apud illum pecuniae depositisset: idq. alii, qui sine arte mala
petiuerint, tribueretur, & condemnatum ex iis nescio quem ab ipso Catone, legimus apud Plutarchum
in eius uita. *GRATVITA* § non corrupta nummis, recte atque ordine habita. ad Atticum lib. iv. ep.
16. *LEGES* § quia Cato unus eos ad ueterem petendi consuetudinem, & tamquam intra girum ratio-
nis reuocauerit, quod neque legum, neque iudicium metus solet efficere.

Cicero S. D. Quinto Fratri.

15.

CVM a me litteras librarij manu acceperis, ne iudicijs districtiōrem fuisse, atque id mibi tempore gra-
paullum otij me habuisse indicato; cum autem uissimo, & caloribus maximis, sed haec, quoniam ut ita
mea, nullum. sic enim habeto, nūquam me a causis, *et* praescribis, ferenda sunt: neque committendum, ut aut
Vuu spci



spei, aut cogitatione uestrae ego uidear defuisse; praeser-
tim cum, tametsi id difficultius fuerit, tamen ex hoc labo-
re magnam gratiam, magnamq. dignitatem sim collectu-
rus. itaque, ut tibi placet, damus operam, ne cuius ani-
mum offendamus. atque ut etiam ab ijs ipsis, qui nos cu
Caesare tam coniunctos dolent, diligamur, ab aequis ue-
ro, aut etiam a propensis in hanc partem uehemeter ex-
colamur, & amemur. De ambitu cum atrocissime age-
retur in senatu multos dies, quod ita erant progressi can-
didati consulares, ut non esset ferendum; in senatu non
fui. statui ad nullam medicinam reip. sine magno praesi-
dio accedere. Quo die haec scripsi, Druſus erat de
praeuaricatione a tribunis aerarii absolitus, in sum-
ma quattuor sententiis, cum senatores, & equites dam-
nassent. Ego eodem die post mortem Vatinium aderam
defensurus. eares facilis est. comitia in mensem Sep-
tembrem reiecta sunt. Scauri iudicium flatim exercebi-
tur: cui nos non deerimus. σωδείπνους σφορχέους,
quamquam a te aetiam fabellam uideo esse festiuue, nul-
lo modo probau. Venio nunc ad id, quod nescio an pri-
mum esse debuerit. O incundas mibi tuas de Britanniis
litteras. timebam Oceanum: timebam litus insulae re-
liqua non equidem cōtempno, sed plus habent tamē pei-
quam timoris; magisq. sum solitus expectatione ea
quam metu. te uero ὁ πόθεν scribendi egregiam habe-
re video. quos tu situs, quas naturas rerum, & locorum,
quos mores, quas gētes, quas pugnas, quem uero ipius
imperatorem habes? ego te libenter, ut rogas, quibus
rebus uis, adiuuabo, & tibi uersus, quos rogas, γλῶ-
xa eis Αθηνας mittam. Sed heus tu, celari uideor a te,
quo modo nam, mi frater, de nostris uersibus. Caesar
primum librum legisse, scripsit ad me anteet, prima sic
ut neget, se ne Graeca quidem meliora legisse: reliqua
ad quandam locum παθετηρεπα: hoc enim uitium uer-
bo, dic mihi uerum. num aut res, aut χαρακτηρ non de-
lestat? nibil est, quod uereare: ego enim ne pilo qui-
dem minus me amabo. hac de re φιλαλιθας, & ut soles,
scribe fraterne. Vale.

EXPLANATIO

Ijsdem consulibus.

NE P A V L L V M otij 3 uidetur quibusdam tamquam integumentis uelata sententia; sed ostendetur:
hoc modo: Cum a me librarij manu litteras acceperis, ne quidquam otij me habuisse indicato;
cum autem mea, ne nullum. cum utor, inquit, librarij manu, proflus otij nihil habeo; cum autem mea,
non nihil hoc significari, demonstratur infra, initio II. epistolae libri III. sic enim ibi est: Occupatio-
num mearum signum tibi sit librarij manus, causamq. subscibit occupationis hanc: Diem scito esse
nullum, quo die non dicam pro reo. Hanc igitur epistolam librarij manu scriptis Cicero: nam infer-
hic quoque: Sic habeto, numquam me a caussis, & iudicijs districtiorem fuisse. In epistola etiam ad Atticum 15.lib.4. signum ait esse occupationum librarii manum. N V L L V M 3 subaudi, ne quod proxime
antecedit: ut sit: Ne nullum otium. G R A V I S S I M O 3 cum a morbis timendum est maxime. P R A E S C R I-
B I S 3 ut amicorum, clientumq. copia muniamur. S P E I , aut cogitatione 3 putatis enim uos ea, quae speratis,
aut cogitatis, facilius posse consequi, si ego in forensi labore pergam. nihil enim ad comparandas ami-
citas, hominumq. studia colligenda magis accommodatum. V E S T R A E 3 tui, & Caesaris, qui me hunc
laborem etiam sua cauilla sustinere uult. Supra dixit, se rogatum a Caesare, ut Romae maneret, quod fa-
cit ad hanc sententiam. ep. 14. P R A E S E R T I M 3 eo libentius operam dabo, ut aut spei, aut cogitationi ue-
stra defuisse ne uidear; quod simul ipse mihi, hoc labore perferendo, optime consulam. multum enim
gratiae, multum inde colligam dignitatis. D I F F I C I L I V S 3 haec ferre, inquit, id cum aliqua diffi-
cultate: praemii tamen hoc erit, magna gratia, magna dignitas. Videbitur, quod subiungam, fortasse hu-
milius: sed, haec humilia non contempnendo, ueteres illi Romani summam eloquentiae laude sunt ade-
pti. Nomina quaedam sunt, quae secundae comparationis appellant grammatici: quae cum ideo fue-
rint inuenta, ut augerent; minus tamen significant, quam ea, quae iidem positiva dicunt. itaque illud
Virgilianum,

„ Tristior, & lacrymis oculos suffusa rubentes,
exponit Seruus hoc modo: Tristior, minus est, quam tristis. exempla sunt cum apud hunc nostrum,
tum apud alios eiusdem scriptores aetatis innumerabilia. non igitur adductus feci nulla causa, quod,
Difficilis exposui, cum aliqua difficultate. Ab ijs ipsis 3 L. Domitio Ahenobarbo, huius anni consule;
M. Porcio Catone, praetore; M. Calpurnio Bibulo consulari. hos enim maxime designat, acerrimos
Caesaris inimicos. Ab aequis 3 quorum aequus in utramque partem animus est, neque studio in Caes-
arem affectus, neque odio. itaque nos cum Caesare coniunctos neque dolent, neque laetantur. P R O P E-
N S I S in hanc partem 3 Caesaris causa cupientibus. tria nominavit hominum genera; qui Caesarem oderat
qui nec oderat, nec amabant; qui amabant. Ex C O L A M V R 3 nusquam hac sententia usurpatum, quod
meminerim, hoc uerbum inueni. uenit in mentem, cum sequatur, et, amemur, scriptum forte a Cicero-
ne, et colamur, & amemur. Non fui 3 cum quidem haec scripsit. postea uero fuit: quod ipse ad Atticum
scribit, li. 4. ep. 16. P R A E S I D I O 3 nisi plures uideam esse, qui mecum sentiant, quam qui contra: ut, si que
offenderit mea sententia, socios, atque adiutores, ubi tempus ferat, multos habeam. D R U S V S 3 Liuiae
tis, plebeiae; accusatus a Lucretio, ad Att. li. 4. ep. 15. pater fortasse Liuiae, quam Augustus a marito
Claudio Nerone praeagnate abduxit: quae alteri quoq; filiorū Druſi cognomen imposuit. P R A E V A R I C
T I O N E 3

TRIONE ἢ praeuaricatur, qui suscepit causam bona fide non agit. TIBVNIS aerarij ἢ dixi iam, de tribus ordinibus iudicantibus unum suisse tribunos aerarios. In summa ἢ ergo, quod ante posui, omnium ordinum sententiae numerabantur, & ex maiore parte uel absoluiebatur, uel cōdemnabatur reus. ordinum ipsorum ratio non habebatur. poterat enim usū uenire, ut a duobus ordinibus condemnatus, ex uniuerso tamen sententiarum numero absuleretur. Ego eodem die ἢ miram diligentiam, mirum amorem erga fratrem. absoluto Druso, quem ipse defenderat, reuersus domum haec scripsit, redditus post meridiem in forum ad agendam Vatinii causam. dictio tamen. Ego, non a Cicerone defensum Drusum, sed ab alio patrono, uidetur indicare, ac fieri potest, ut bis accusatus fuerit Drusus, & eum Cicerone uno criminis, de altero, de praeuaricatione scilicet, alter defenderit. locus certe ad Atticum ille, 63. Deinde me expedio ad Drusum, inde ad Scaurum; actas a Cicerone tum Drusi, tum Scauri causas demonstrat. Post meridiem ἢ bis igitur in die iudicia, ante meridiem, & post. de ijs, qui ante meridiem, non puto opus esse, ut probetur exemplis. patet ipsa per se res, post meridiem, uocari possit in diuum: sed illud in Verrem dubitandi causam auferit. Nonæ sunt hodie Sextiles: hora nona conuenire coepisti. & illud in ep. Coeli: Caussas agit, sed raro post meridiem. VATINIVM ἢ defendit eum, cum accusasset antea, Cicero Caesaris caussa: cuius amicitiam quanti aestimet, hac ad fratrem epistole declarant. nam Vatinius Caesare consule tribunatum pl. gesserat, legefq. pro Caesaris potentia multas, in uito senatu, collegis etiam suis de caelo seruantibus, pertulerat. itaque magnis sibi Caesarem beneficiis obstrinxerat. nec Caesar ei, nec Caelari Cicero, cuius in exercitu legatus erat Quintus, poterat opem suam denegare. Est etiam illud in epistola ad Marium, ad hanc quasi leuitatem in hominibus iisdem & accusandis, & defendendis excusandam: Cogor non numquam homines non optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. Huius defensionis meminit Pedianus in commenta rii prooemio pro Scauro, & ipse Vatinius in epistola. FACILIS ἢ non deest, quod pro illo dicam. Fore significat, ut defensionem facile sequatur absolutio. RETECTA ἢ non tamen futura, usque enim eo producta res est, ut consules, non habitis comitiis, magistratus abierint. SCAVRI ἢ de repetundis accusati. Asconius. STATIM ἢ falso putat. non enim statim, sed aliquot post diebus acta Scauri caussa est, 14. nonas Sept. ut Pedianus docet, hanc autem epistolam ante Septembrem esse datam, inde coniicio, quod proxime dixit: Comitia in mensem Septembrem reiecta sunt. EXERCEBITVR ἢ apud M. Catonem praetorem, is enim de repetundis quaeſiuit. Asconius, & hic ep. 8.l. 3. Non deerimus ἢ ita non defuit, ut Scaurus, eo defendant, sit absolutus. σωδεῖτνος σωσσελέους ἢ uidetur Quintus in parte epistola narrasse, quid sibi contigerit in quadam coniunctio, per quam simili cenae in Sophoclis fabula descripta. nam si, conuersam in latinum a Quinto Sophoclis fabulam, quae σωδεῖτνος inscriberetur, significaret, numquam, opinor, fratris ingenium tam rustice notaſet, ut diceret, quod subiungit, Nullo modo probauit. ACTVM ἢ in eo coniunctio tu quidem egisti, quod eam fabellam repreſentaret: ego tamen nullo modo probauit. DE BRITANNIA ἢ de aduentu nostro in Britanniam. RELIQUA ἢ de bello, quod in ea geretis. EXSPECTATIONE ἢ de successu belli nihil timeo: futurum auguror, quod opto; eq. me folicitat exspectatio. ADIVVABO ἢ in Britannica historia componenda. QVOS ROGAS, ἢ rogabat Quintus fratrem, ut uerſus, quibus ipse ad opus Britannicum pro suis uteretur, scriberet. id infra satis patet ep. 1.l. 3. ex illis uerbis: Tibi, quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habebos spati, scribam. & ep. 4.l. 3. ex illis: De uerſibus, quoſ tibi a me scribi uis. γλω̄μεις Αδήνας ἢ cum ipſe uerſus optime facias. Infra dixit, eadem sententia: Quoniam ipsi fontes iam sitiunt, prouerbium iis de rebus usurpatum, quas ad eos, qui abundant, mitimus, noctua enim suos nummos Athenienses signabant. PRIMVM LIBRUM ἢ forte intelligit tres libros, quos a se de suis temporibus conscriptos, in epistola memorat ad P. Lentulum: aut tres de consulatu, de quibus ad Atticum ep. 1.l. 2. aut poema illud, de quo ad eundem ep. 8.l. 4. παθημάτηρ ἢ minus accurata, scripta iudicentius, uideri sibi aiebat. AVT RES, aut χαρακτήρ ἢ aut argumentum, aut meum scribendi genus. quod uno uerbo se non posse sat exprimere significat, quia χαρακτήρ, dicit. QVOD UEREARE: ἢ si uerum dixerit. ego enim nihil me, quam antea, minoris aestimabo. φιλαλήθος ἢ cum studio ueritatis, uere, & ex animo.



IN · EPISTOLARVM
M . TVLLII . CICERONIS

A D

QVINCTVM · FRATREM

L I B R V M . III.

PAVLLI . MANVTII
COMMENTARIUS



Marcus S. D. Quincto Fratri. 1.

Go ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cū amoenitate fluminis me refeci ludorum diebus; Philatomo tribulitus commendatis. In Arcano ad xv. id. Sept. fui. ibi Mossidium cum Philoxeno, aquamq., quam iū ducebant non longe a villa; belle sane fluentem uidi, praeerium maxima siccitate: ubi remq. aliquanto se collecturos esse dicebant. Apud Herum recte erat. In Manliano offendit Diphilum Di-philo tardorem. sed tamen nihil ei restabat praeter balnearia, & ambulationem, & auarium. villa mihi ualde placuit: propterea quod summan dignitatem pūimentata porticus habebat: quod mihi denique apparuit, posita quam & ipsa tota pater, & columnae polita sunt. totum in eo est, quod mihi erit curae, teborū ut continuum sit. pūimenta recte fieri uidebantur. cameras quasdam non probauit, mutariq. iussit. Quo loco in porticu, re scribere auiunt, ut atrium sit; mihi, ut est, magis placebat. neque enim satis loci esse uidebatur atrio; neque fere solet, nisi in ijs aedificijs fieri, in quibus est atrium maius; nec habere poterat adiuncta cubicula, & eiusmodi membra. nunc hoc uel honestate testudinis, uel ualde boni aestiuum locum obtinebit. tamen, si aliter sentis, rescribe quamprimum. In balnearijs affa in alterum apodyterij angulum promoui: propterea quod ita erant posita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset sub tecum cubiculi. subgrā de cubiculum autem, & hibernum altum ualde proba-

ui; quod ampla erant, & loco posita, ambulationis uolatere, eo quod est proximum balnarijs. Columnas neque e regione Diphilus collocarat. eas scilicet demolit, aliquando perpendiculari, & linea discet uti, omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore: curat enim diligentissime Caesius, qui tum mecum fuit. Ex eo loco recta, vittularia via, profecti sumus in Fufidianum fundum, quem tibi proximis nuncis. & pini de Fufidio HS. CCC. 1000. emeramus. ego cum aestate umbrosorem uidi numquam pernulit locis aquam profluentem, & can uberem, quid queris iugera & prati. Caesius irrigaturum facile te arbitratur. equi dem hoc, quod melius intelligo, affirmo, minifica suauitate te villam-habiturum, pīcina, & salientibus additis, palaestra, & silua uiridicata. Fundus audio te hunc Bouillianum uelle retinere. de eo quid uideatur, ipse constitues. Caesius aiebat, aqua dempta, & eius aquae iure constituto, & seruitute fundo illi impo-sita, tamen nos pretium seruare posse, si uendere uellimus. scripsisse Messidium mecum habui. is se ternis numeris in pedem tecum transigisse dicebat: se autem mensum pedibus aiebat passuum CCC. 1000 mihi plus uisum est. sed praestabo, sumpum nusquam melius posse ponni. Chilonem arcesseram Venafro, sed eo ipso die quartuor eius conseruos, & discipulos Venafri cuniculus oppreserat. Idibus Sept. in Laterio fui: uiam perfixa: quae mihi ita placuit, ut opus publicum uideretur esse, praeter cl. passus. sum enim ipse mensus ab eo porticulo, qui est ad Furinæ Satricum uersus. eo loco puluis, non glarea inicta est, & mutabitur: & ea viae paruale acclivis est, sed intellecti aliter duci non potuit, praeser-